ROSARIVM.

Siue

LIBELLVS,

MODVM DVPLICEM, recitandi Orationem SS. Rosarij, B. MARIÆ VIRG.

Exercitium Spirituale, Officia, & Indulgentias

Fraternitatis SS. ROSARII, continens.

REVERENDO DOMINO BARTHOLOMÆO FVSORIO, Custode & Prædicatore Ecclesiæ Colleg. Sandeceñ. collectore.

D. Bernardus.

Quæramus gratiam, & quidem per MARIAM: sic enim homo, id quod quærit inuenit & frustrari non potest.

Cum Gratia & Priuilegio S.R.M.

CRACOVIÆ,
Typis Lobianis, Anno Domini. M DC. XVI.

IN STEMMA.
Nobilissimę ac peruetustę LVBOMIERSCIORVM Prolapiæ.



INflexus fluuij subitusq; per ardua cursus
Humectat patrium laude perenne solū.
Aurea fallacis Pactoli cedat arena
Lechiadūm flumen nam pietate scatet.
Ergo vbi veloces, amnis represserit vndas
Tum Lubomierscindas cōdet opaca dies.

Magni-

Magnifico ac Generoso Domino,

D. SEBASTIANO LVBOMIERSKI IN LVBOMIERZ HÆREDI,

Sandeceñ &c &c. Capitaneo,
Dno suo colendissimo.

BARTHOLOMÆVS FVSORIVS.
Custos & Prædicator Ecclesiæ Collegiatæ
Sandeceñ. Gratiam DEI, Salutem
& pacem.

CVM Omniū creatura, verbo DEI & oratione sanctificetur, Generose Domine. Equidem omnes illos, qui ad clauum Prædicationis Euangelicæ, diuina voluntate constituti sedent, summa ope niti decet, vt omnibus Christi fidelibus, quos in Domino sanctificatos esse volunt, non solum verbo verùm etiam conuersatione, fide & chari-

C. M. L.
Cytalum Camald: Insula Wigrensi et Legato Fris Agathangeli.

tate, piorumq; operum exemplo præsint, ac præluceant; simulq; & prædicationis doctrinæ, & orationi intendant. Inter quos, cum in eam sortem, per viscera misericordiæ IESV CHRISTI *licèt indignus segregatus essem; existimaui, me, cùm pro munere vocationis meæ; tùm etiam pro commodo animarum, Fraternitatis Rosarij facturum, si non solum, rectè beateq; viuendi modum prædicando, inculcarem, verùm etiam succinctam Methodum, deuotè intelligibiliterq; orandi Sacratißimum Rosarium, manu monstrando, si non omnibus, multis tamen, vel si multis non licet, popularibus saltem meis Neosandecensibus, Præfecturæ Tuæ subiectis, quoquo modo prodessem. Quare tot, & tantis aliarum Methodorum recitandi Sacratißimi Rosarij fasciculis in lucem editis, hanc vnicam laborum meorum, spicam, grana Mysteriorum redemptionis nostræ, ordine suo,*

effunderem in gratiam Fraternitatis Sandecen: collectam, & sub Tuo nomine excussam, infasciatam esse volui. Non vt aliena mihi vindicando inani gloriolæ studerem, & noua ignotaq; procuderem; verùm vt his quæ sparsim edita fuêre in vnam Synopsim collectis, me ipsum exilesq; deuotiones meas, tùm & Nobilissimam Lubomierscioru͂ familiam, ineffabilibus Sanctissimæ Virginis Mariæ meritis, & piarum deuotionum Fraternitatis Sacratissimi Rosarij suffragiis, tanquam surculum quendam frondosæ arbori secus decursus aquarum gratiæ DEI plantatæ, insererem, & me æquè cum inclyta familia vestra, participem meritorum, eiusdem Fraternitatis efficerem. Si enim rem ad viuum (vt dicitur) resecauerimus & omnes omnium Sanctorum orationes, quibus diuinam Maiestatem deprecati sunt, percurrerimus, nequaquam reperiemus, orandi modum,

vtilitati, voluptati, iucunditati, perfe-ctioni Sacratißimi Rosarij comparan-dum. In quo omnes veteris Testamen-ti figuræ, & Prophetiæ repræsentantur & consummatißima plenitudo gratiæ Noui Testamenti continetur ac recolli-gitur. Hîc principia, & antecessiones, hîc progressus & consequentia. Myste-riorum restaurata salutis humanæ, cùm acceptißima DEO gratitudine dulcißimè recogitantur. Iuuat in hu-manis præteritorum meminisse? in di-uinis verò Mysteria salutis nostræ con-templari, & in hoc pulcherrimè contex-to Rosarij serto, diuinam admirari bo-nitatem, non iuuabit? vnguentum su-per Caput Domini effusum, omnibus in toto orbe sæculis, annunciandum, Chri-stus ipse prædixit. Arcana verò im-mensa clementiæ Dei, infiniti. Christi Domini labores non annunciabuntur? Annunciate, monet scriptura de die in diem salutare eius, Annunciantur

autem, dum Sacratissimum Rosarium, modo præscripto deuotissimè recitatur. Quid multa? Si Sacratissimum Rosarium non oramus, nescimus quid petimus, & os boni trituranti alligamus, beneficiorumq; DEI immemores facti, boue nos & asino qui præsepe Domini sui cognouerunt, insipientiores prodimus. Hæc etenim est liber vitæ, hoc testamentum altissimi, hæc cognitio veritatis, hæc gratiarum, actio consumata. Iam orationem mentis in Deum eleuationem si dixeris, recitatione Sacratissimi Rosarii, non solum mens in DEVM eleuatur, sed eidem arctissimè vnitur. Iam DEI & hominis colloquium? Quam animarum propius alloquitur, Christus nisi recitantem Rosarium, & in hoc amænissimo Hortulo commorantem? En inquit dilectus meus loquitur mihi, surge, propera amica mea, formosa mea, & veni. Et illud Fauus distillans labia tua sponsa, mel

& lac, sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum, sicut odor Thuris, Hic est enim odor suauitatis, quem odoratus est Dominus. Hoc Thuribulum incensi, quod ante Thronum agni adoletur. Hoc itaq; breue ac salutiferum recitandi Rosarij compendium, vna cùm Exercitio Spirituali eiusdem Societatis SS. Rosarij, sub Tuo inclytaq; familiæ vestræ, nomine Deo Optimo Maximo, & Sanctißimæ Deiparæ Virgini consecraui. Feci autem id Nobilißimæ familiæ vestræ erga semper venerandam Deiparam Virginem singulari deuotione, adesq; ac loca in quibus Sacratißimum Virginis nomen hoc orandi genere veneratur, inuocaturq;, incomparabili zelo prouocatus. Pollicitus est olim in Prophetis Deus, se omne aurum atq; argentum, pinus, & abietes ad glorificandum locum, sanctificationis suæ collaturum. Quis hæc Prophetice prædicta, per Lubomiersciorum familiam,

re ipsa impleri non videt? Qui non al-
tas abietes, aut excelsas pinus sed ani-
mi vestri magnitudinem & splendorem
familiæ vestræ, se suaq; omnia honori
Sanctißimæ Virginis deuouistis ma-
gnamq; opum vim, ad ornandas ædes,
& sacella vbicunq; Sacratißimum Ro-
sarium erectum est, erogastis, vestraq;
& Parentum vestrorum sepulchra, cir-
ca easdem Ecclesias, extrui curauistis.
Testis est horum omnium, sacellum per
Illustrem olim Sebastianum Lubomier-
sky, Castellanum Woynicensem, Patru-
um tuum colendißimum, circa Eccle-
siam Perbeati Ordinis Prædicatorum
Cracouiæ Regifico sumptu erectum; &
lautißimè dotatum. Qui cum sub Pa-
trocinio Intemeratæ Virginis in præsen-
ti vita, fœlicißimos dies cum honore &
immortali gloria peregisset, etiam post
decessum cineres suos, quasi ad tutißi-
mum salutis æternæ Asylum, humari
mandauit. Eodem exemplo Generosi-

tas tua prouocata, etiam cineres deside ratißimi Parentis, Tui Stanislai Lubomiersky viri pietate in Deum, amore in Patriam, & beneuolentia in omnes nemini secundi ad Ecclesiam nostram Collegiatam Sandecen. in qua Fraternitas Sacratißimi Rosarij pia ad Deum Beatamq; Virginem effundit vota, viuisq; pariter ac defunctis deuotis supplicationibus succurrit requiescere voluit, Capellamq; in eadem Ecclesia selle-ctam, te & ornaturum & liberaliter dotaturum candide in Domino promisisti. Quid si Tuas speciales deuotiones, erga Beatißimam Virginem Mariam cuius præsentißimum in Captiuitate Moschouitica, tibi affuisse præsidium hebdomatim quotidieq; testificaris commemorem. Sed hæc intra cubiculum, cordis tui sunto, dexteræ opus sinistra nesciat. Taceo Polyticas inclytæ familiæ vestræ virtutes. præclara in Rempublicam merita fidem erga Dominum

illo

illo turbulentißimo concionabulorum tempore, constantißimè inuiolabiterq; seruatam. Illud amplißimi nominis vestri ἀκρόαμα suauißimum, nullus vnquam memori eximet æuo. Quod Serenißimus Sigismundus Tertius Poloniæ Rex, acerrimo Iudicio suo, omnium seculorum memoriæ consecrauit. Cum illa lugubri tempestate, animis Incolarum Regni in contraria currentibus & in viscera charißimæ Patriæ, tela hostilia torquentibus, aliis Regni proceribus prouinciarum membra, prudentissime illi & omnium vigilantißimo Senatori, Sebastiano Lubomiersky, Castellano Woynicienſi ſedem & Caput Regni Cracouiam protegendam commisit. Neq; suo sapientißimus Rex frustratus est consilio: Senator enim ille sibi commisso negotio, integerrimè functus, arcis & vrbis Metropolitanæ insigniter defensæ, insigne familiæ suæ decus comparauit Tantorumq; in Rem-

publicam meritorum, tantam clementißimi principis gratitudinem, tot beneficiis cumulatam expertus est, & fælicißimè superstes Nobilißimus vir Stanißlaus Lubomiersky, patruelis tuus à Patre clarißimo nequaquam degener filius Sendomiriensis Scepusiensis &c. &c. Capitaneus, vnà cùm Generositate Tua huc vsq; liberalißimè experitur quantam aliis Polonorum Optimatibus, vix solius spei desiderio liceat polliceri. Quid celerrimum illum in expediendo bello Moschouitico apparatum, dexteritatem in agendo, fortitudinem animi in conficiendo commemorem? vbi super omnes minas. & promissa fortunæ, animos vestros ita erectos præbuistis, vt neq; dispendio salutis vestræ, neq; Illustris Domini Stanislai Lubomiersky Sendomiriensis Scepusiensis. &c. &c. Capitanei Fratris Germani tui vero Patruelis charißimi inuictißimo Regi Poloniæ Sigismundo Tertio, amplißimo

Regni Senatui, & vniuerso Equestri Ordini, in Castris ad Smolenscum oppugnandum metatis: flebiliter defuncti, morte inopina deterriti fortunæ malis cesseritis, sed contra audentiores iueritis. Quæ omnibus ita clara sunt, vt qui illa splendidiore orationis lumine illustrare vellet. Solem facula, luce in media demonstrare videretur. Quare Polytica scribentibus, prouinciam hanc præclarè facta Lubomierſciorum celebranda relinquo, ad meum institutum redeo. Tibi ergo Generose Domine speciali deuotione erga Deiparam Virginem, flagranti hoc genus orandi non è Ciceronianæ suadæ medulla exsorptum; aut Thropis Rethoricis exornatum, sed ex abditissimis salutis nostræ Arcanis desumptum, atq; concinnatum, offertur: quo precandi ornátu instructus affare cælestem Heram; & ipsa intrabit ad Regem Regum IESVM CHRISTVM, & deprecabitur pro te, & pro

popu-

lo Tibi commisso. Esto protector in nomine Deiparæ Virginis congregatorum, & pro te tuaq; familia, orantium, & proteget te Virgo Sanctissima vmbræ alarum suarum, dabiturq; tibi consilium, Prudentia, æquitas & Iudicium in quibus ciuitatem istam tibi commissam, regas, & gubernes talem te exhibendo Capitaneum priuatis, qualem velis habere ipse priuatus. Patrocinare Fraternitati Sacratissimi Rosarij, protege authoritate brachij tui & patrocinabitur tibi Regina Cœlorum eritq; tibi Dominus in Deum protectorem & in domum refugij vt te saluum faciat. Dat. Sandeciæ in domo residentiæ Custodiæ Sandecen. Anno Domini 1616. Die verò 8. Mensis Martij.

APO-

APOSTROPHE AD FRATERNITATEM SS. ROSARII B. M. VIRGINIS.

Sicut lætantium omnium nostrum habitatio est in te. PSAL. 86.

LÆtare, & exulta, Veneranda Confraternitas Sacratissimi Rosarij. Si enim illi Principi Deo, nihil est sub sole acceptius, quam concilia cœtusq; hominum iure quouis humano sociati Equidem societatem tumano sociati Equidem societatem tuam non humanis legibus coadunatam, sed diuini Amoris cultu, & intemeratæ Deiparæ Virginis, pia sanctaq; veneratione, ac Mysticorum restauratæ salutis nostræ Arcanorum, deuota contemplatione solidatam, omnium societatum in Ecclesia Sancta Catholica, sub quibuscunq; Titulis erectarum, Deo Optimo Maximo acceptissimam, esse necesse est Vide itaq; quibus initiis coalueris, quibus splendori-

bus

bus refulgeas, quantas quamq́; ſolen-
nes amicitias, non cum principum ter-
ræ coniugibus, ſed cum ſponſa San-
ctiſsimæ Trinitatis, contraxeris. O
glorioſam ſocietatem glorioſiſsimis ſa-
lutis noſtræ myſteriis. Lætare & exul-
ta. Quia vnxit te Deus Deus tuus oleo
lætitiæ, præ conſortibus tuis, & in ple-
nitudine Sanctorum detentio Tua.
Alias enim ſocietates riuuli, te verò
fons limpidiſsimus, fons aquæ in vitam
æternam ſalientis irrigat, inundatq́;.
Ita vt te non imeritò verbis Prophetæ
Regij alloquar. Fluminis impetus læ-
tificat te Ciuitas Dei. Sanctificauit ta-
bernaculum tuum altiſsimus. Sed vi-
de & attende ne dum in tantam altitu-
dinem maris, beneficiorum Dei eue-
cta ſis, vafer pyrata naues tuas inua-
dat, & diuinis exutam mercibus in pro-
fundo aquarum inferni demergat. Et
quanto arctiore ſalutifero neceſsitudi-
nis vinculo, Almæ redemptoris tui
matri vniris tantò magis dies noctesq́;
inuigilandum eſt nè te verſipellis ini
micitiarum parens cui perpetuæ cum
ſemine Virginis poſitæ ſunt inimicitiæ,
á tam ſolido, diuinis amoris, cultu, &
Intemeratæ Virginis, ſeruitio auellat.

Quare cum inter cætera, in conser-
uandis inuiolabiliterq; colendis amici-
tiis, præsens & assiduum familiarèq;
amici cum amico colloquium pluri-
mum faciat. En habes Synopsim siue
Normam succinctè collectam verba &
idiomata nationi cælesti, non ignota,
quibus dilectam tuam sponsam Trini-
tatis Sanctissimæ facilius, ac fiduciali-
ùs, alloqui & semel contractam socie
tatem, infractam tueri possis. Is enim
omnium nationum mos est & natura,
vt quas vocum communio similes red-
dat, easdem & vitæ arctior vnio, & a-
micitiæ indissolubilis nodus, facilius
coniungat. Hera ista, in cuius amoris
sinum recepta es Hera cœlestis est,
gentis Angelicæ est, Regina Cœlorum
est, cœlesti quoq; alloquenda sermo-
ne. Aue gratia plena, vox ista, vox
cœlestis est. Vox ista Reginam Cœlo-
rum sonat. Vox ista Angelica; idio-
ma cœleste est terrenis gentibus ig-
nota, Cœlitus demissa: Procul hinc ô
procul este voces profanæ Nulli fas ca-
stum scelerato tangere limen. Ne au-
tem toties. Aue, Angelicum repeten-
do animum hic atq; illuc inimicus ho-
mo insidiando abripiat; habes vni

cuiq; Aue, sua addita Mysteria, vt his animus intensiùs infixus eam, quam alloquitur ore, corde, feruentiùs veneretur; Deumq; Optimum Maximum horum omnium authorem agnoscendo, toto mentis desiderio, diligat redametq;. Quoniam verò nemo sit qui vtilitatem actionum suarum finem non præponat, nemo qui eam aliquando fugiat, Psaltesq; ipse inclinasset, cor suum, ad faciendas iustificationes propter retributionem, & D Petrus Apostolorum Princeps, relicto rum retium, mercedem expostulet. Quæris forsan ô Veneranda Fraternitas, quas tandem tam solennis tamq; sancta, cum Deipara Virgine, contracta religio, vtilitates sit allatura? has tantas habes, quantas atrocissima Christi Domini passio promereri potuit. Imò (si dictu possibile est) Christum Dominum, vt à Deo Patre exaltaretur, tanta pati (ipso attestante) oportuit. Te vt Regno cœlorum potiaris. Centies quinquaginta Aue & Quindecies Pater noster deuotè orasse sufficiet. O immensam altitudinem diuitiarum, bonitatis & misericordiæ Dei? Dic Aue & factus es Regni Cœ-

lestis hæres, Dic IESVS Sanctum & salutare nomen, & in filium Dei cooptaris. Et quo precio in terris, nihil plane emitur, eo Regnum Cœleste cum Regnis huius seculi nequaquam comparandum emitur. Et vt multa paucis complectar. Sancta & Veneranda Societas Deus tuus, Deus tuus est Et Dei sunt omnia Ergo tua sunt omnia. Quæ in fine huius opusculi vide, teq; in officiis tam salubris societatis exerce, notaq; cœlestibus voce, Aue, Regina Cœlorum frequentiùs demissiusq; alloquere, voces profanas fuge, & semel cum Virgine professam amicitiam, bonis operibus firma & auge meq; cum mea qualicunq; opella in laudem Dei Optimi Maximi & honorem Castissimæ Virginis elucubrata in Communione meritorum tuorum repone.

Collector.

FORMA SIVE MODVS.

Sphærulas, siue Calculos Oratorios Rosarii nomine dicti benedicendi.

Sacerdos coram Altari S. Rosarij super pelliceo indutus, non sine stola porrectas sphærulas precum, ita benedicere debet.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

ORÉMVS.

OMnipotens & miſericors Deus, qui propter nimiam charitatem, qua dilexiſti nos, Filium tuum Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM pro redemptione noſtra, de cœlis, in terram deſcendere; & de B. MARIÆ Virginis vtero Angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti, vt nos eriperes de poteſtate Diaboli: Obſecramus immenſam clementiam tuam vt hæc ſigna Pſalterij ſeu Roſarij in honorem & gloriam, eiuſdem Genitricis, Filij tui ab Eccleſia tua fideli dicata bene✠dicas, & ſanctifices ✠ ad eaque tantam Spiritus tui concedas virtutem vt quicunq; horum quotlibet ſecum deuote portauerit, atq; in domo ſua reuerenter tenuerit, ab omni hoſte viſibili & inuiſibili ſemper,

& vbiq; in hoc sæculo liberetur: & in exitu suo plenus bonis operibus tibi à Beatissima Dei Genitrice, Virgine MARIA, præsentari mereatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Post Modum aqua aspergat dicens.

In nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

ORATIO.

A Fratribus Societatis SS. Rosarij circa Inscriptionem eorum in Cathalogum societatis recitanda.

SAncta MARIA Mater Dei, & Virgo. Ego N. te hodie in Dominam, Patronam & Aduocatam, eligo, firmiterq; statuo, ac propono, me nunquam te derelicturum, neque contra te aliquid vnquam dicturum, aut facturum; neque permissurum vt à meis subditis, aliquid, contra tuum hono-

rem, vnquam agatur. Obſecro te igitur ſuſcipe me in ſeruum tuum perpetuum, adſis mihi in omnibus actionibus meis, nec me deſeras in hora mortis, AMEN.



ROSARIVM

SIVE

MODVS RECITANDI ORATIONEM SS. ROſarij B. M. VIRGINIS facilis & compendioſus.

Et primo quidem mente & corpore ad orationem compoſite dicatur.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

Poſtea præmittatur ſequens

ORATIO.

ACtiones noſtras quæſumus Domine, aſpirando præueni & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra Oratio & operatio, à te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur. Te verò Sanctiſſima Virgo Deipara humiliter flagito, dignare me laudare te. Inflamma

animam meam rigentem, erige torpentes sensus, labia infatiʃhia aperi; ad dignè meditanda Quindecim Sacratissimi Rosarij Mysteria: & contemplandam glorificandamq; œconomiam salutis nostræ; quam in te, & per te, operari dignatus est compar Dei Parentis Filius IESVS CHRISTVS Dominus noster Qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto, viuit & regnat in sæcula sæculorum. Am.

PRIMA PARS. SS. ROSARII GAVDIOSA.

Continēs quinq; Mysteria quibus assignata sunt quinq; gaudia Sanctissimæ Matris quinq; Decadibus accommodata quibus illa ex his quæ circa Christi naturam humanam contigerunt affecta fuit.

Nimirum ista?

I. Annunciatio Dominicæ Incarnationis.
II. Visitatio Elizabethæ.
III. Natiuitas Christi.
IV. Oblatio Christi in templo.
V. Inuentio pueri IESV in templo.

PRIMVM MYSTERIVM.
GAVDIOSVM.

In hoc primo Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo Sanctissimæ Virgini Mariæ Archangelus Gabriel nunciauit Dei conceptionem.

Et cum peruentum fuerit, in qualibet salutatione Angelica, eiusdem Decadis ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

Quem virgo concepisti Sancta

Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

Absoluta Decade, excitetur animus ad gratulationem his verbis.

DEcies millies, te benedicant, Virgo Mater; gloriosa Maria, Omnes Angeli, & Archangeli, vniuersique Curiæ cœlestis spiritus, cum quibus, speramus te aliquando videre, colereq; in cœlo. Am̄.

ORATIO.

O Regina Virginum, Maria, per altissimum Incarnationis Filij tui dilectissimi, & Domini nostri IESV CHRISTI, autoris nostræ salutis mysterium: Fac vt hoc idem, maximum & ineffabile mysterium, ita cognoscere valeam, vt

eundem Redemptorem venientem iudicem securus videre merear. Amen.

SECVNDVM MYSTERIVM GAVDIOSVM.

In secundo Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo Virgo gloriosa, accepto ab Angelo, lætissimo nuncio, visitauit Elyzabeth.

Cum peruentum fuerit in qualibet salutatione Angelica, eiusdem Decadis, ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVem visitando Elyzabeth portasti. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis. &c.

DEcies millies te benedicant, Virgo Mater, gloriosa Maria, omnes SS. Patriarchæ & Prophe-

tæ, Innocentes S. Ioannes Baptiſta; & omnes Sancti antiqui teſtamenti; cum quibus ſperamus te aliquando videre, colereque in cœlo. Amen.

ORATIO.

O MARIA, ſpeculum humilitatis lucidiſſimum, per maximam charitatem, qua accenſa, viſitaſti Elyzabeth: Fac vt cor meum viſitare dignetur filius tuus dulciſſimus, vt puris mentibus, te laudare, tibi ſeruire, & tecum aliquando in cœlis regnare, valeam. AMEN.

TERTIVM MYSTERIVM GAVDIOSVM.

In Tertio Myſterio.

Dicendo 1. Pater noſter. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

Quomodo peperit B. Virgo, in

Ciui-

Ciuitate Bethleem, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM.

Cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVem Virgo genuisti. Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

TRicies millies te benedicant Virgo gloriosa, Maria omnes Sancti Apostoli, discipuli Domini, Euangelistæ omnesque gloriosi Martyres; cum quibus speramus te aliquando videre colereq; in cœlo, Amen.

ORATIO.

O Mater Dei castissima; per tuum iucundum, & Virginalem partum, quo IESVM CHRISTVM, vnicum filium tuum peperisti: Fac vt sit vita mea pura &

penè Angelica; vt filij tui tuasq; infinitas, misericordias, nunc & semper dignè decantare valeam. AMEN.

QVARTVM MYSTERIVM GAVDIOSVM.

In Quarto Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo in die suæ Purificationis, Beata Virgo Maria præsentauit Dominum nostrum IESVM CHRISTVM in templo Salomonis.

Cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVem in templo præsentasti Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

QVadragies millies te benedicant Virgo mater, gloriosa Maria, omnes SS. Confessores, Episcopi, Doctores, Monachi Eremitæ, Virgines, vidui, coniugati, cum quibus speramus te aliquando videre colereq; in cœlo. AMEN.

ORATIO.

O Magistra admirabilis, quæ in templo præsentasti Dominum eiusdem templi: Impetra mihi gratiam, apud tuum Filium dilectissimum: vt cum Simeone & Anna, hic in terris, te & ipsum laudare & benedicere: post vitæ verò decursum, in templo eiusdem Regis gloriæ, præsentari merear. AMEN.

QVINTVM MYSTERIVM. GAVDIOSVM.

In Quinto Mysterio.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo Beata Virgo, perditum filium, in templo, inter Doctores disputantem inuenit.

Cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVem in templo inuenisti. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

QVinquagies millies, te benedicant, Virgo Mater, gloriosa Maria S. Anna mater tua, & Mariæ cognatę tuæ; amicissimæq; tibi, Magdalena & Martha; omnes Sanctæ Virgines, viduæ, coniugatæ; cum quibus speramus, te ali-

aliquando videre colereq; in cælo.
Amen.

ORATIO.

O Maria, afflictorum consolatrix vera, per gaudium, quod habuisti, quando dilectissimum Filium tuum inuenisti in templo, in medio Doctorum: Concedas mihi vt ipsum in Ecclesia Sancta Catholica & in omnibus necessitatibus meis, refugium, placabile, & benignum inuenire, & nunquam propter peccata mea, ab eo auelli & separari possim.
Amen.

Pro conclusione Primæ Partis SS. Rosarij, subiungetur.

ANTIPHONA.

ALma Redemptoris mater, quæ peruia cœli.
Porta manes, & stella maris: succurre cadenti.

Surgere qui curat populo; Tu quæ genuisti.

Natura mirante, tuum Sanctum genitorem:

Virgo prius ac posterius, Gabrielis ab ore.

Sumens illud Aue, peccatorum miserere.

In Aduentu dicitur Versus.

℣. Angelus Domini nunciauit Mariæ.

℟. Et concepit de Spiritu Sancto.

ORATIO.

DEvs, qui de B. Mariæ Virginis vtero, verbum tuum Angelo nunciante carnem suscipere voluisti: Præsta quæsumus, vt qui vere eam genitricem Dei, credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

AMEN.

Post Natiuitatem verò & per totum Annum.

℣. Post partum Virgo inuiolata permansisti.

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

OREMVS.

DEVS, qui salutis æternæ B. Mariæ Virginitate fæcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus authorem vitæ suscipere Dominum nostrum IESVM CHRISTVM Filium tuum. Amen.

℣. Diuinum auxilium. Maneat semper nobiscum.

℟. Amen.

SECVNDA PARS SS. ROSARII DOLOROSA.

COntinens quinq; Mysteria, quibus renouatur memoria quinq; Mysteriorum Passionis Christi.

Quæ sunt?

I. Oratio & Captiuitas Domini in horto.
II. Flagellatio.
III. Coronatio.
IV. Baiulatio Crucis.
V. Crucifixio.

PRIMVM MYSTERIVM DOLOROSVM.

In Primo Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

Quo-

QVomodo, orans Saluator noster, in horto, sanguineum sudauit sudorem.

Et cum peruentum fuerit in qualibet salutatione Angelica Decadis huius, ad nomen IESVS:

ADIICIATVR.

QVi pro nobis sanguinem sudauit. Sancta Maria Mater Dei. ora pro nobis peccatoribus. nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

DEcies millies, te benedicant, Virgo mater, gloriosa Maria, omnes Angeli & Archangeli, vniuersiq; Curiæ cœlestis Spiritus, cum quibus speramus te aliquando videre, colereq; in cœlo. Amen.

ORATIO.

O Virgo magis, quam Martyr Maria: per illam ardentissimam orationem, qua filius tuus in horto agonizans orauit. Orare

pro me: vt cùm in me præualuerit intellectus, suæ diuinæ Maiestati me subiicere: & in hora mortis meæ a te suscipi, & defendi possim. Amen.

SECVNDVM MYSTERIVM DOLOROSVM.

In Secundo Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo Dominus noster IESVS CHRISTVS fuit flagellatus crudelissime, in domo Pilati.

Et cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVI pro nobis flagellatus est. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

Vicies

VIcies millies te benedicant, Virgo Mater glorioſa Maria, omnes SS. Patriarchæ & Prophetæ, Innocentes S. Ioannes Baptiſta; & omnes Sancti antiqui teſtamenti; cum quibus ſperamus te aliquando videre colereq́; in cœlo. Amen.

ORATIO.

O Maria Mater Dei, & fons patientiæ, atrociſſima illa flagella, quæ in toto corpore, Filius tuus conſtanter pro nobis ſuſtinuit; Caſtigent ſenſus meos: vt facilius occaſiones peccatorum fugere, & ipſi mundo corde, placere valeam Amen.

TER-

TERTIVM MYSTERIVM DOLOROSVM.

In tertio Mysterio,

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo CHRISTVS IESVS fuit acutissimis spinis, coronatus.

Et cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVI pro nobis spinis coronatus est. Sancta Maria, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

TRicies millies te benedicant, Virgo Mater gloriosa, omnes Sancti Apostoli, discipuli Domini Euangelistæ omnesq; gloriosi Martyres cum quibus speramus te

ali

aliquando videre, colereq; in cœlo, Amen.

ORATIO.

O Mater principis æternæ gloriæ, per illas spinas crudelissimas, quæ transfixerunt suum diuinum caput: Fac vt de corde meo pellatur omnis superbia, & in die iudicij à confusione, quam pro peccatis meis merear, per eundem Filium tuum, & Saluatorem nostrum liberari possim.

AMEN.

QVARTVM MYSTERIVM DOLOROSVM.

In Quarto Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo CHRISTVS IESVS ad mortem condemnatus ad locum vſq; Caluariæ baiulauit Crucem.

Cum

Cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVI pro nobis crucem baiulauit. Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis, &c.

QVadragies millies, te benedicant, Virgo Mater, gloriosa Maria, omnes SS. Confessores, Episcopi, Doctores, Monachi, Eremitæ, Virgines, vidui, coniugati, cum quibus speramus te aliquando videre colereq; in cœlo. AMEN.

ORATIO.

O Speculum patientiæ Maria, per illud grauissimum pondus crucis, quod IESVS CHRISTVS filius tuus, humeris suis portauit, propter infinita peccata mea: impetra mihi apud eundem filium tuum, gratiam: vt eundem sequi,

omnia aduersa, pro peccatis meis iustissimè immissa, patienter sustinere possim. Amen.

QVINTVM MYSTERIVM DOLOROSVM.

In Quinto Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo Saluator noster cruci affixus in monte Caluariæ, præsente & afflicta Matre eius Maria.

Cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVI pro nobis crucifixus est. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

QVinquagies millies, te benedicant, Virgo Mater, glorio-

ſa Maria, S. Anna mater tua, Et Mariæ cognatæ tuæ, amiciſſimæq́; tibi Magdalena & Martha, omnes Sanctæ Virgines, Viduæ, coniugatæ, cum quibus ſperamus te aliquando videre, colereq́; in cælo.

AMEN.

ORATIO.

O Mater Dei benigniſſima, per extenſionem delicatiſſimorum membrorum Filij tui in cruce. Fac vt ſic extendantur mea deſideria, eidem Filio tuo, in ſeruitium & viſcera mea, ad compatiendum. Et per gladium mæroris, qui cor tuum tranſuerberauit cum cruci aſtares, vt feſtines in auxilium meum, in omnibus anguſtiis & neceſſitatibus meis, omnibus diebus ac noctibus, horis atq́; momentis vitæ meæ. Amen.

Pro conclusione secundæ Partis SS. Rosarij subiungetur.

ANTIPHONA.

AVE Regina cœlorum.
Aue Domina Angelorum.
Salue radix salue porta.
Ex qua mundo lux est orta.
Gaude Virgo gloriosa
Super omnes speciosa
Vale ô valde decora.
Et pro nobis CHRISTVM exora.

℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata.

℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

ORATIO.

COncede misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium, vt qui Sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus re-

surgamus. Per eundem CHRISTVM DOMINVM nostrum AMEN.

℣. Diuinum auxilium.

℟. Maneat semper nobiscum. AMEN.

TERTIA PARS SS. ROSARII GLORIOSA.

Continens quinque Mysteria gloriosa, post CHRISTI Domini mortem,

Nimirum?

I. Resurrectio Domini.

II. Ascensio eius in cœlos.

III. Aduentus Spiritus Sancti in Mariam & discipulos.

IV. Assumptio Virginis Mariæ.

V. Coronatio eiusdem.

PRIMVM MYSTERIVM GLORIOSVM.

In primo Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo Saluator noster, tertia die, resurrexit à mortuis:

Cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVI resurrexit á mortuis. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

DEcies millies, te benedicant Virgo Mater, gloriosa Maria, omnes Angeli & Archangeli, vniuersiq; Curiæ cœlestis Spiritus cum quibus speramus te aliquando videre, colereq; in cœlo, Amen.

ORATIO.

O Virgo gloriosa Maria: per illud verum & iucundissimum gaudium, quod tibi Filius tuus, à mortuis resurgens obtulit: non permittas quæso cor meum quiescere in falsis deliciis mundi: sed fac vt ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia, Amen.

SECVNDVM MYSTERIVM GLORIOSVM.

In secundo Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo Saluator noster ascendit ad cœlos.

Cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

Qui ascendit in cœlum. Sancta

Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ Amen.

VIcies millies, te benedicant, Virgo Mater, gloriosa Maria, omnes SS. Patriar. & Proph. Innocentes S. Ioannes Baptista; & omnes Sancti antiqui testamenti; cum quibus speramus te aliquando videre, colereq; in cœlo, Amen.

ORATIO.

O Maria, Mater piissima, per illum triumphum, cum quo Filius tuus, cœlos ascendit benedicens Apostolis suis. Fac vt ego illius & tuæ benedictionis ita sim particeps, vt ad Regem eiusdem gloriæ transferri merear, Amen.

TERTIVM MYSTERIVM GLORIOSVM.

In Tertio Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo Saluator noster misit Spiritum Sanctum in die Pentecostes in discipulos.

Cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVI Spiritum Sanctum misit. Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

TRicies millies, te benedicant, Virgo Mater, gloriosa Maria, omnes Sancti Apostoli, Discipuli Domini, Euangelistæ, omnesque gloriosi Martyres, cum quibus speramus te aliquando videre, colereq; in cœlo, Amen.

Oratio

ORATIO.

O Sacrarium Spiritus Sancti Maria: Fac vt Spiritus ille suauissimus, quem in die Pentecostes misit Filius tuus amantissimus, ad docendum, recreandum, & consolandum, suos Apostolos: doceat me, omnem veritatem, recreet & consoletur, quamdiu sum in hoc sæculo: vt in bonis operibus abundando via salutis incedere possim, Amen.

QVARTVM MYSTERIVM GLORIOSVM.

In Quarto Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo Beata Virgo Assumpta fuit in cœlum.

Cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVI te assumpsit Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

QVadragies millies, te benedicant, Virgo Mater gloriosa Maria, omnes SS. Confessores, Episcopi, Monachi, Doctores, Eremitæ, Virgines, Vidui, coniugati, cum quibus speramus te aliquando videre, colereq; in cœlo, Amen.

ORATIO.

VIrgo prudentissima Maria, per Assumptionem tuam qua lætificasti Angelos: Ora pro me, vt in hora mortis meæ, ab infestationibus horribilibus dæmonum liberatus, lætus in cœlum transferri merear, Amen.

QVINTVM MYSTERIVM. GLORIOSVM.

In Quinto Mysterio.

Dicendo 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

CONTEMPLANDVM.

QVomodo gloriosa Virgo coronata fuit, in cœlesti gloria.

Cum peruentum fuerit ad nomen IESVS.

ADIICIATVR.

QVi te in cœlis coronauit. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

QVinquagies millies, te benedicant, Virgo Mater, gloriosa Maria S. Anna mater tua, & Mariæ cognatę tuæ; amicissimæq; tibi, Magdalena & Martha; omnes Sanctæ Virgines, viduæ, con-

iugatæ, cum quibus ſperamus te aliquando videre colereq; in cœlo. Amen.

ORATIO.

O Regina cœleſtium Hyerarchiarum, per tuam glorioſam, in cœlis coronationem impetra mihi, à Filio tuo dilectiſſimo gratiam Spiritus Sancti qui quamdiu ſum in hoc exilio, animam, mentem, mores, & cogitationes meas, ita diſponat: vt ad illa ineffabilia gaudia, quibus ipſa Aſſumpta gaudes in cœlis, peruenire, & te coronatam in gloria videre merear. Amen.

Pro Concluſione Tertiæ Partis SS. Roſarij ſubiungetur.

ANTIPHONA.

SAlue Regina, Mater miſericordiæ: Vita dulcedo, & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules

Filij Euæ. Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte: Et IESVM benedictum, fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORREMVS.

OMnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ, corpus & animam; vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante præparasti: da vt cuius commemoratione lætamur, eius pia intercessione, ab instantibus malis, & à morte perpetua liberemur.

Per eundem CHRISTVM Dominum nostrum, Amen.

℣. Diuinum auxilium.

℟. Maneat semper nobiscum, AMEN.

ROSARIVM

Sive

MODVS RECITANDI ORATIONEM SS: ROSARII B. M. VIRGINIS

latior, in gratiam eorum qui ſacra Quindecim Roſarij myſteria maiori cum deuotione, & eorundem myſteriorum contemplatione recitare voluerint: concinnatus.

Recitaturus Roſarium facto ſigno Crucis.

Primò. Mentem corpuſque ad orationem componat.

Secundò. Se velle renouare, myſteriorum vitæ Chriſti, & B. M. Virginis memoriam in animo proponat.

Tertiò. Paupertatem, indigentiam & defectos ſuos, oculo

cordis, diligenter aspiciat.

Quarto. Christum & B. Virginem, ad omnes miserias suas, subleuandos paratissimos, & promptissimos esse imaginetur.

Quintò. Necessitates Ecclesiæ & fidei Catholicæ Regni Fraternitatis, & suas Deo exponat, & pro iis orare intendat:

Postea præmittatur sequens.

ANTIPHONA.

VEni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende: qui per diuersitatem linguarum cunctarum, gentes in vnitate fidei congregasti.

℣. Emitte Spiritum tuum & creabuntur.

℟. Et renouabis faciem terræ.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

℟. Vt

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Domine exaudi orationem meam,

℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORE MVS.

DEvs, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

ACtiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio & operatio, à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur.

TE verò Sanctissima Virgo Deipara humiliter flagito, dignare me laudare te; inflamma animam meam rigentem, erige torpentes sensus, labia infantilia aperi, ad

ri, ad dignè meditanda Quindecim Sacratissimi Rosarij Mysteria: & contemplandam glorificandamq; œconomiam salutis nostræ; quam in te, & per te, operari dignatus est compar Dei Parentis Filius IESVS CHRISTVS. Dominus noster Qui cum eodem Patre & Spiritu Sancto, viuit & regnat in sæcula sæculorum. Am̃.

PRIMA PARS SS. ROSARII GAVDIOSA.



PARTIS GAVDIOSÆ MYSTERIVM PRIMVM.

ANNVNCIATIONIS.

Circa

Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. MARIA. Primis parentibus ore diuino repromissa Aue gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui IESVS CHRISTVS. Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

II. MARIA. Serpentis caput contritura. Aue gratia plena, &c.

III. MARIA. Semen Diaboli semine tuo superatura Aue gratia plena, &c.

IV. MARIA. Mortem horrendam per peccatum ingressam deletura, Aue gratia, &c.

V. MARIA. Maledictionem

Euæ

Euæ in benedictionem conuersura, Aue gratia, &c.

VI. MARIA. Virum vtero tuo comprehensura, Aue gratia plena, &c.

VII. MARIA. Repromissionum omnibus Patriarchis, prædictarum consummata impletio, Aue gratia plena, &c.

VIII. MARIA. Per Gabrielem Archangelum salutata. Aue gratia plena, &c.

IX. MARIA. Humillimum assensum legationi Angelicæ præbens, Aue gratia plena, &c.

X. MARIA. Duarum naturarum in tuo vtero hypostatice vnitarum domicilium facta, Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo Dei Mater Maria. Placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM Chri-

CHRISTVM filium tuum. Quem Virgo concepisti Liberet cor meum ab omni peccato; vt illi sit iuge ac perpetuum habitaculum: & sic illi placeam & cum teq; videre merear in cœlis,
AMEN.

PARTIS GAVDIOSÆ MYSTERIVM SECVNDVM.

VISITATIONIS ELYZABETH.



Circa quod dicendum 1. Pater noster Et 10. Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. Maria Profundis deuotissimisq; meditationibus, beneficiorum Dei, partum conceptum, in vtero tuo nouem mensibus gestando dedita, Aue gratia plena, &c.

II. Maria. A Spiritu Dei in montana Iudeæ excitata, Aue gratia plena.

III. Maria. Cum festinatione ad visitandum Elyzabeth properans, Aue gratia, &c.

IV. Maria. Transyliens colles. Aue gratia plena, &c.

V. Maria. Domum Zachariæ ingressa, Aue gratia, &c.

VI. Maria. Elyzabeth salutans, Aue gratia plena, &c.

VII. Maria Ioannem in vtero matris existentem aduentu tuo sanctificans, Aue gratia, &c.

VIII. Maria. Per Elyzabeth

inter mulieres benedicta resalutata, Aue gratia, &c.

IX. Maria. Per Elyzabeth Mater Domini sui agnita. Aue gratia plena, &c.

X. Maria. Sanctificationis nostræ primordia in Ioanne Baptista filij tui præcursore canticum gratiarum pro Messia iam incarnato, cocinendo, incipiens, Aue gratia, &c:

ORATIO.

BEatissima Virgo, Dei Mater, Maria placa Clementissimum Redemptorem nostrum IESVM CHRISTVM filium tuum Quem visitando Elyzabeth portasti Faciat cor meum, in eius tuoq; seruitiò perseuerare vt cœlestia sitiendo cuncta mundana fastidiar; Et sic illi placeam, & eum teq; videre merear in cœlis. Amen.

PARTIS GAVDIOSÆ MYSTERIVM TERTIVM.

NATIVITATIS DOMINI.



Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. MARIA. Cum Ioseph viro tibi desponsato ad profitendum Sanctissimum nomen tuum secundum Augusti Cæsaris edictum in Bethleem Iudææ descendens, Aue gratia, &c.

II. MARIA. Filium tuum primogenitum in diuersorio, iuxta Prophetarum edicta Angelis gloriam in altissimis Deo, & in terra pacem hominibus bonæ voluntatis canentibus, sine dolore, & Virginalis pudicitiæ detrimento pariens, Aue gratia.

III. MARIA. Filium tuum redemptorem nostrum pannis inuoluens, Aue gratia, &c.

IV. MARIA. Filium tuum Redemptorem nostrum in præsepio reclinans, Aue gratia, &c.

V. MARIA. Filium tuum Re-

demptorem nostrum inter bouem & Asinum Dominum suum agnoscentes, & habitu oris sui calefacientes, reponens, Aue gratia plena, &c

VI. MARIA. Cum Ioseph & infantulo tuo Redemptore nostro, à pastoribus ad videndum verbum quod factum est & quod Dominus ostendit illis Bethleem vsq; transeuntibus in diuersorio inuenta, Aue gratia plena, &c.

VII. MARIA. Stellam nouam ortam filij tui Redemptoris nostri declarantem admirata, Aue gratia plena, &c.

VIII. MARIA. Filium tuum primogenitum Redemptorem nostrum Regibus in terram procidentibus ad adorandum exhibens, Aue gratia, &c.

IX. MARIA. Filio tuo primo-

genito

genitum Redemptorem nostrum, Regibus in terram procidentibus ad adorandum exhibens, Aue gratia plena, &c.

IX. MARIA. Filio tuo primogenito Redemptori nostro, Aurum, thus, & Myrrham, munera à Magis oblata, excipiens Aue gratia plena, &c.

X. MARIA. Infantiam Filij tui primogeniti Redemptoris nostri, lacte cœlesti Virginalium papillarum educans, Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo Dei Mater Maria, placa Clementissimum Redemptorem nostrum IESVM CHRISTVM, Filium tuum, quem Virgo genuisti: Repleat cor meum gratia veræ & perfectæ contritionis, vt in Filium eius

adoptari possim, & sic illi placeam, & eum, teque videre merear in cœlis. Amen.

PARTIS GAVDIOSÆ MYSTERIVM QVARTVM.

PRAESENTATIONIS IN TEMPLO.



Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

Hac punctatim contemplando.

I. MARIA. Ante, in, & post partum Virgo Castissima, dies purgationis expectans. Aue gratia plena, &c.

II. MARIA. Totius puritatis fons limpidissime, legi purgationis obediens. Aue gratia, &c.

III. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, hostia Deo Patri acceptissima, in templo præsentatur. Aue Maria gratia plena, &c.

IV. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, omnia verbo suo sanctificans, ad sanctificandum Domino sistitur. Aue gratia, &c.

V. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, verbo virtutis suæ omnia sustinens, in vlnis Simeonis senis

iusti reponitur, Aue gratia, &c.

VI. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, lumen ad reuelationem gentium, ore Simeonis senis, natus esse prædicitur. Aue gratia plena, &c.

VII. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, à Simeone sene prædicitur. Aue gratia plena, &c.

VIII. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, in signum contradictionis ponitur, Aue gratia, &c.

IX. MARIA. Cuius Sanctissimam animam doloris gladium ttansiturum Senex Simeon prædixit, Aue gratia, &c.

X. MARIA. Secundum legem Moysis, pro Filio tuo primoge-

nito Redemptore nostro omnia perficiens. Aue gratia &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo Dei Mater Maria, placa clementissimum, Redemptorem nostrum. IESVM CHRISTVM Filium tuum, quem in templo præsentâsti. Disponat cor meum; vt omnem sæculi gloriam detestetur, omnem honorem fugiat, & omni homini, propter Deum, se subiiciat: & obedias, Et sic illi placeam, & eum, teq; videre merear in cœlis,

AMEN.

PARTIS GAVDIOSÆ, MYSTERIVM QVINTVM.

INVENTIONIS IN TEMPLO.



Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, pueritiæ crepundia peragens, confortabatur ſpiritu, plenus ſapientia, & gratia Dei. Aue gratia plena, &c.

II. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, ex æterno patre ante omnia ſæcula genitus: Primùm diei vnius ſpatio, nunciantibus Angelis, paſtoribus. Hodie natum eſſe Saluatorem: Deindè numero dierum octo: Tertiò verò annorum duodecim decurſu, menſuratur. Aue gratia, &c

III. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noſter, annua peregrinationis vota, Hieroſolymam cum parentibus viſitando, Deo Patri ſoluit. Aue gratia plena, &c.

IV. MARIA. Cuius Filius primogenitus, redemptor noster, non tua negligentia sed Dei Patris, eiusdemq; Filij tui sic disponente voluntate amittitur. Aue gratia plena, &c.

V. MARIA. Cuius Filius primogenitus, redemptor noster, à te dolente, triduò quæritur. Aue gratia plena. &c.

VI. MARIA. Cuius Filius primogenitus, redemptor noster, post triduum, per te lætantem, inter Doctores, in templo inuenitur. Aue gratia plena, &c.

VII. MARIA. Cuius Filius primogenitus, redemptor noster, in his quæ Patris sui cœlestis sint, se versari oportere quærenti reuerenter respondit, Aue gratia plena, &c

VIII. MARIA. Cuius Filius primogenitus redemptor noster.

Deus & homo, cui venti & mare obediunt, potestati tuę subiicitur. Aue gratia plena, &c.

IX. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, pietatis maternæ exemplum nobis exhibuit. Aue gratia, &c.

X. MARIA. Omnia verba Mysteriorum Filij tui primogeniti, Redemptoris nostri, proficientis, ætate, sapientia & gratia, apud Deum atq; homines, in corde tuo conseruans. Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo, Dei Mater, Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM CHRISTVM, Filium tuum, quem in templo inuenisti: illustret cor meum; vt te ardentissimo deside rio æstuanter sitiat, indesinenter quærat, ita fæliciter inueniat, vt te

nunquam

nunquam amittere valeat. Et sic illi placeam & eum teq; videre merear in cœlis. Amen.

Posteà dicitur; Credo in Deum, &c.

Pro Conclusione Primæ Partis Gaudiosæ subiungetur

ANTIPHONA.

ALma Redemptoris mater, quæ peruia cœli
Porta manes, & stella maris, succurre, cadenti
Surgere qui curat, populo; Tu quæ genuisti,
Naturâ mirante, tuum sanctum genitorem.
Virgo priùs ac posteriùs, Gabrielis ab ore
Sumens illud Aue, peccatorum miserere.

In Aduentu dicitur Versus.

℣. Angelus Domini nunciauit Mariæ:

℟. Et concepit de Spiritu Sancto.

ORĒMVS.

DEvs qui de Beatæ MARIAE Virginis vtero verbum tuum Angelo nunciante carnem suscipere voluisti: Præsta quæsumus; vt, qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem CHRISTVM Dominum nostrum, Amen.

Post Natiuitatem verò, & per totum Annum.

℣. Post partum Virgo inuiolata permansisti:

℟. Dei genitrix, intercede pro nobis.

OREMVS

DEVS, qui salutis æternæ, Beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum. AMEN.

℣. Diuinum auxilium.
℟. Maneat semper nobiscum. Amen.

PARS SECVNDA DOLOROSA.

PARTIS DOLOROSÆ, MYSTERIVM PRIMVM.

ORATIO IN HORTO.



Circa quod dicendum. 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, triginta argenteis à filiis Israël appretiatur. Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesvs Christvs. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

II. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, ad pedes discipulorum lauandos, in exemplum humilitatis, profundissimè prouoluitur. Aue gratia plena, &c.

III. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, corpus suum sanctissimum ad manducandum, & sanguinem suum preciosissimum ad bi-

bendum, sub speciebus panis & vini discipulis suis porrigit, Aue gratia plena, &c.

IV. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, in Horto humi prostratus, trinâ Oratione, vt à se calix passionis atrocissimæ transeat, patrem deprecatur, Aue gratia, &c.

V. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, præ tristitia passionis, & mortis superuenientis pauore, Sanguineum sudorem effudit. Aue gratia plena, &c.

VI. MARIA. Cuius Filius primogenitus Redemptor noster, signo osculi, à Iuda traditore, in manus peccatorum traditur. Aue gratia plena, &c.

VII. MARIA. Cuius Filius primogenitus Redemptor noster, manibus ligatis, ad Annam du-

citur,

citur. Aue gratia plena, &c.

VIII. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noſter, Annæ curioſè interroganti humillimè reſpondens, indigni Miniſtri alapâ grauiſſimè percutitur, Aue gratia plena, &c.

IX. Maria. Cuius Filius primogenitus Redemptor noſter, ab Anna ad Caipham, ligatus relegatur, Aue gratia plena, &c.

X. Maria. Cuius Filius primogenitus Redemptor noſter, apud Caiphã blaſphæmię condemnatur; eiuſq; ſpecioſiſſima facies ſputis conſpuitur, & colaphis cæditur; oculi benigniſſimi cuncta videntes vellantur. Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatiſſima Virgo Dei Mater Maria, placa clementiſſimum Redemptorem noſtrum Iesvm

CHRISTVM Filium tuum, qui pro nobis orando sanguinem sudauit, stabiliat cor meum, vt in omni aduersitate, tentatione, ac mærore, ad ipsum semper recurram, in ipso confidam, ex singulis membris meis, amoris & laudis, ipsi offeram holocaustum. Et sic illi placeam, & eum, teque videre merear in cœlis, AMEN.

Secun-

SECVNDÆ PARTIS DOLOROSÆ. MYSTERIVM SECVNDVM.

FLAGELLATIONIS.



Circa quod dicendum 1. Pater noster Et 10. Aue Mari.

Hæc punctatim contemplando.

I. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, à Caipha Pontifice vinctus, in Prætorium deducitur. Aue gratia plena, &c.

II. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, Pontio Pilato præsidi à Iudæis traditur. Aue gratia, &c.

III. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, à principibus Sacerdotum, coram præside accusatur, Aue gratia plena, &c.

IV. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, ante præsidem interrogantem, velut ouis coram tondente, tacitus astat. Aue gratia, &c

V. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, Barrabæ latroni postponitur.

Aue

Aue gratia plena, Dominus tecùm, &c.

VI. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, ad flagellandum, voluntati rapacissimorum luporum committitur. Aue gratia, &c.

VII. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, ante columnam, flagellandus denudatur. Aue gratia, &c.

VIII. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, ad columnam ligatur. Aue gratia plena, &c.

IX. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, à planta pedis vsq; ad verticem capitis, flagellatur. Aue gratia plena, &c.

X. MARIA. Cuius Filij primogeniti, Redemptoris nostri, liuoribus dorso Sanctissimo inflictis,

flictis, sanati sumus. Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo, Dei Mater Maria, placa clementissimum, Redemptorem nostrum IESVM CHRISTVM Filium tuum, qui pro nobis flagellatus est: Det mihi gratiam, vt flagella ipsius, quæ pro peccatis meis mereor, tam patienter, tamq; desideranter sustineam, vt in hac vita totus à peccatis, & pœnis purgari possim, & sic illi placeam, & eum, teq; videre merear in cœlis, Am̃.

PARTIS DOLOROSÆ MYSTERIVM TERTIVM.

CORONATIONIS.



Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, diademate spinarum coronatur. Aue gratia plena, &c.

II. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, chlamyde coccineâ induitur. Aue gratia plena, &c.

III. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, ab improperantibus Iudæis, Rex Iudeorum salutatur. Aue gratia plena, &c.

IV. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, arundinem porrectam pro sceptro Regio gestat. Aue gratia plena, &c.

V. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, à Iudæis, genu flectentibus, illuditur. Aue gratia plena, &c.

VI. MARIA. Cuius Filij primogeniti, Redemptoris noſtri, caput omnibus poteſtatibus tremendum, atq; terribile, arundine percutitur. Aue gratia plena, &c.

VII. MARIA. Cuius Filij primogeniti, Redemptoris noſtri, veneranda facies conſpuitur. Aue gratia plena, &c.

VIII. MARIA. Cuius Filius primogenitus Redemptor noſter, coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum portans, à Præſide foras educitur, & omnium conſpectibus exponitur. Aue gratia plena, &c.

IX. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noſter, multipliciter deriſus, chlamyde coccinea exuitur, veſtimentis verò ſuis denuò induitur. Aue gratia, &c.

X. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, à Pontificibus & ministris, Iudæorum ad crucifigendum expellitur. Aue gratia, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo, Dei Mater, Maria placa clementissimũ Redemptorẽ nostrũ IESVM CHRISTVM Filium tuum, qui pro nobis spinis coronatus est, imprimat cordi meo iugem passionis suæ memoriam, quæ mentem meam indesinenter compungat, vulneret, atque totam liquefaciens, in sui amore absorbeat. Et sic illi placeam, & eum teq; videre merear in cœlis. Amen.

PARTIS DOLOROSÆ MYSTERIVM QVARTVM.

BAIVLATIO CRVCIS.



Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10 Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, à Præside Pilato, Rex Iudæorum apellatus, ab iisdem Iudæis reprobatur. Aue, &c.

II. Maria. Cuius Filius morte crucis turpissima condemnatur. Aue gratia, &c.

III. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, ligno crucis oneratur. Aue gratia plena, &c.

IV. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, baiulans sibi Crucem Hierosolymis egreditur. Aue, &c.

V. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, montem Caluariæ petit; graui peccatorum nostrorum onere pressus. Aue gratia, &c.

VI. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor no-

ster, cruci appositus in longum latumq; cum grauissimo delicatissimi corpusculi dolore, extenditur. Aue gratia, &c.

VII. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, manibus pedibusq; cruci affigitur. Aue gratia, &c.

VIII. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, sicut serpens Moysis in deserto, in cruce eleuatur. Aue gratia, &c.

IX. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, secundum vaticinia Prophetarum, cum iniquis deputatur; & inter duos latrones statuitur. Aue gratia plena Dominus, &c.

X. MARIA. Cuius Filio primogenito, Redemptori nostro, Titulus Triumphalis IESVS

BB.

NAZARENVS REX IVDAEORVM, imponitur. Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo, Dei Mater Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum, IESVM CHRISTVM Filium tuum, qui pro nobis Crucem baiulauit, confortet cor meum, vt crucem propriæ abnegationis, & mortificationis, feruentissima deuotione amplecti, & vestigia virtutum eius charitate perfecta imitari possim. Amen.

PARTIS DOLOROSÆ MYSTERIVM QVINTVM.

MORS CHRISTI.



Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. MARIA. In cuius Filij primogeniti, Redemptoris nostri, vestem inconsutilem, sortes mittuntur. Aue gratia, &c.

II. MARIA. Cui pro Filio primogenito Redemptore nostro IESV, S. Ioannes Euangelista pro Filio, impari conditione, & cum trãsfixione cordis tui commendatur. Aue gratia plena, &c.

III. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, siti magna salutis nostræ laborans, felle & aceto potatur. Aue gratia, &c.

IV. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, in cruce pendens, magna voce Deus meus, Deus meus, te contabescente, exclamat. Aue gratia plena, &c.

V. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, Patrem pro crucifigentibus se exorat. Aue gratia, &c

VI. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, latroni à dextris pendenti paradisum promittit. Aue gratia plena, &c.

VII. Maria. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, sanctissimam animam in manus Patris commendans in cruce pro nobis, te ipsa commoriente moritur. Aue gratia plena, &c.

VIII. Maria Cuius Filij primogeniti, Redemptoris nostri, lancea latus perforatur, & sanguinem cum aqua in ablutionem peccatorum nostrorum effundit. Aue gratia, &c.

IX. Maria. Cuius Filij pri-

mogeniti Redemptoris nostri, corpus Sanctissimum de cruce deponitur. Aue gratia, &c.

X. MARIA. Cuius Filij primogeniti Redemptoris nostri, corpus Sanctissimum aromatibus vngitur. linteis inuoluitur, & in sepulchro nouo ponitur: Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo Dei Mater Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM CHRISTVM Filium tuum, qui pro nobis crucifixus est: Perficiat cor meum, vt omnes vires animæ, & corporis mei in amorem & beneplacitum tuum expendam, Et sic illi placeam, & eum, teq; videre merear in cœlis. Amen.

Postea dicatur Credo &c.

Pro conclusione secundæ Partis subiungetur

ANTIPHONA.

AVE Regina cœlorum,
Aue Domina Angelorum:
Salue radix salue porta,
Ex qua mundo lux est orta.
Gaude Virgo gloriosa.
Super omnes speciosa,
Vale ô valde decora,
Et pro nobis Christum exora.

℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata:
℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

ORATIO.

COncede Misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium, vt qui Sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxi-

auxilio à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. Diuinum auxilium.

℟. Maneat semper nobiscum. **Amen.**

PARS TERTIA.
GLORIOSA.

PARTIS GLORIOSÆ MYSTERIVM PRIMVM.

RESVRRECTIO.



Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, Patres è limbo liberaturus, ad inferos descendit. Aue gratia plena, &c.

II. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, morte deuicta, tertio die à mortuis gloriosè resurgit. Aue gratia plena, &c.

III. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, tibi matri omnium mæstissimæ primò apparuit. Aue gratia ple na &c.

IV. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, Mariæ Magdalenæ ploranti, & ad sepulchrum sedenti, apparuit. Aue gratia plena, &c.

V. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster,

à mortuis resurgens, pacem discipulis suis, voce iterata denunciat, Aue gratia, &c.

VI. MARIA. Cuius Filius primogenitus Redemptor noster, post resurrectionem suam Spiritum sanctum discipulis suis insufflat: & facultatem, remittendi atq; retinendi peccata impertit. Aue gratia, &c.

VII. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, incredulitatem S. Thomæ Apostoli, in fidelitatem conuertit. Aue gratia plena, &c.

VIII. MARIA. Cuius Filius primogenitus Redemptor noster, post resurrectionem suam, Diuo Petro Apostolo primatum & regimen Ecclesiæ suæ committit. Aue gratia plena, &c.

IX. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster,

post

post resurrectionem suam, in multis argumentis per quadraginta dies apparens discipulis suis, seipsum viuum exhibuit. Aue gratia plena, &c.

X. MARIA. Cuius Filij resurrectio, est nostra glorificatio; & in qua cœli & terra lætantur, Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo Dei Mater Maria, placa Clementissimum Redemptorem nostrum IESVM CHRISTVM, Filium tuum, Qui resurrexit à mortuis illuminet cor meum, vt à peccatis perfectè resurgens, tibi viuere, & sola cœlestia sapere & desiderare possim. Et sic illi placeam, & eum, teq; videre merear in cœlis Amen.

✠

PARTIS GLORIOSÆ MYSTERIVM SECVNDVM.

ASCENSIO.



Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, cœlos ascensurus, Euangelium suum in salutem omni creaturæ prædicare, discipulis suis mandauit. Aue gratia, &c.

II. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, cœlos ascensurus, paracletum Spiritum Sanctum, Spiritum veritatis, se discipulis suis missurum, promittit. Aue gratia plena, &c.

III. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, recumbentium vndecim discipulorum incredulitatem, & duritiam cordis, quòd his qui vidissent eum à mortuis resurrexisse non credidissent, exprobrauit. Aue gratia plena, &c.

IV. MARIA. Cuius Filius pri

mogenitus, Redemptor noster, in altum ascendens, captiuã duxit captiuitatem. Aue, &c.
V. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, discipulis videntibus eleuatus est. Aue gratia, &c.
VI. MARIA. Cuius Filium primogenitum, Redemptorem nostrum, tinctis vestibus, de Edom ascendentem, Angeli mirantur, Aue gratia, &c.
VII. MARIA. Cuius Filio primogenito, Redemptori nostro, gloriosè magnificato, Domino virtutum & gloriæ, cœlestes portas, principes cœlorum aperiunt. Aue gratia, &c.
VIII. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noster, propter obedientiam vsq; ad mortem factam, à Deo Patre exaltatus est. Aue gratia plena, &c.

IX. MARIA. Cuius Filius primogenitus Redemptor noſter, cœlos aſcendit & ſedet ad dexteram Patris Omnipotentis.
Aué gratia plena Dominus, &c.

X. MARIA. Cuius Filius primogenitus, Redemptor noſter, vt cœlos aſcendit: ſic venturus iudicare viuos & mortuos, & retribuet in nouiſſimo die vnicuiq; ſecundum opera ſua. Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatiſſima Virgo, Dei Mater, Maria, placa clementiſſimum Redemptorem noſtrum IESVM CHRISTVM Filium tuum, qui aſcendit in cœlum, trahat cor meum poſt ſe: vt eius amore langueam, mundana vniuerſa faſtidiam, ipſum ſolum ardenter eſuriam, & ſitiam. Et ſic illi placeam, & eum teq; videre merear in cœlis. Amen.

Par-

PARTIS GLORIOSÆ MYSTERIVM TERTIVM.

MISSIO SPIRITVS SANCTI.



Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10. Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. MARIA. Post cuius Filij primogeniti, Redemptoris nostri, gloriosam ascensionem pariter in cænaculum vnà tecum Virgo Sanctissima congregati discipuli, consolationem Spiritus S. præstolantur. Aue gratia plena, &c.

II. MARIA. Secundum cuius Filij primogeniti Redemptoris nostri promissionem, cùm complerentur dies Pentecostes, Spiritus S. in discipulos descendit Aue gratia, &c.

III. MARIA. A cuius Filio primogenito, Redemptore nostro, pariter atq; à Deo Patre Spiritus Sanctus procedens, in sono vehementis Spiritus, in discipulos descendit. Aue, &c.

IV. MARIA. Filij tui primogeniti Redemptoris nostri,

æquè atq; Dei Patris Spiritus domum totam, vbi erant sedentes discipuli, totumq; orbem terrarum repleuit. Aue gratia plena, &c.

V. MARIA. Cuius Filij primogeniti Redemptoris nostri, Spiritu Sancto omnes discipuli implentur. Aue gratia, &c.

VI. MARIA. Post cuius Filij primogeniti Redemptoris nostri ascensionem, Spiritus Sanctus discipulis in linguis igneis apparuit. Aue gratia plena, &c.

VII. MARIA. Cuius Filius primogenitus Redemptor noster, Spiritum Sanctum, in quo Apostoli variis linguis magnalia Dei loquuntur demisit. Aue Maria gratia &c.

VIII. MARIA. Cuius Filij primogeniti Redemptoris nostri, Spiritu Sancto totum corpus

Ecclesiæ regitur. Aue gratia, &c.

IX. MARIA. A Filio tuo primogenito, Redemptore nostro, Similiter à Deo Patre Spiritus Sanctus missus totum corpus Ecclesiæ regit, & sanctificat. Aue gratia plena, &c.

X. MARIA. Filius tuus primogenitus, Redemptor noster, Septem dona Spiritus S. nobis elargitur. Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo, Dei Mater Maria, placa clementissimum, Redemptorem nostrum, IESVM CHRISTVM Filium tuum, qui Spiritum S. misit, infundat cordi meo eiusdem Spiritus Sancti ardentissimam, fidelissimam, perpetuamq; charitatem, quo vberioribus donis gratiæ suæ dignum me

efficiat Et
teque v

efficiat Et sic illi placeam & eum teque videre merear in cœlis. Amen.

PARTIS GLORIOSÆ MYSTERIVM QVARTVM.

ASSVMPTIONIS B. V. MARIAE.



Circa quod dicendum 1. Pater noster. Et 10 Aue Maria.

I. Ma-

Hæc punctatim contemplando.

I. MARIA. In Filio tuo primogenito Redemptore nostro, beatissimè obdormiens. Aue gratia plena, &c.

II. MARIA. Nullam Sanctissimi corporis tui corruptionem videns. Aue gratia, &c.

III. MARIA. A Filio tuo primogenito, Redemptore nostro, cœlos virtute diuina petens vna cum Angelis in occursum tibi egresso suscepta. Aue gratia plena, &c.

IV. MARIA. Quasi Aurora consurgens. Aue gratia, &c.

V. MARIA. Quasi sol electus ascendens. Aue gratia, &c.

VI. MARIA. Pulchra vt Luna progrediens. Aue gratia, &c.

VII. MARIA. Terribilis vt castrorum acies cœlos petens. Aue gratia, &c.

VIII. MARIA. Omnes cœlos transcendens. Aue gratia, &c.

IX. MARIA. Sponsa Sanctissimæ Trinitatis de Libano veniens. Aue gratia, &c.

X. MARIA. Super omnes choros Angelorum exaltata. Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo Dei Mater, Maria placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM CHRISTVM Filium tuum, qui te assumpsit det cordi meo semper in bonis operibus perseuerantiam; vt in hora mortis meæ de meritis eiusdem confidens, tuis præsidiis adiutus, & bonis operibus recreatus, de misericordia Dei non desperem. Et sicilli placeam & eum teq; videre merear in cœlis. Amen.

PARTIS GLORIOSÆ MYSTERIVM QVINTVM. CORONATIO IN CÆLIS B. V. M.



Circa quod dicendum 1. Pater noster Et 10 Aue Maria.

Hæc punctatim contemplando.

I. MARIA. Corona duodecim stellarum coronata. Aue gratia plena, &c.

II. MARIA. Amicta Sole. Aue gratia plena, &c.

III. MARIA. Lunam pedibus suppositam calcaris. Aue gratia plena, &c.

IV. MARIA. Signum magnum in cœlo apparens. Aue gratia plena, &c.

V. MARIA. Imperatrix Angelorum facta. Aue gratia, &c.

VI. MARIA. Regina Cœlorum, gloria altissimi redimita. Aue gratia plena, &c.

VII. MARIA. Regina Prophetarum & Patriarcharum. Aue gratia plena, &c.

VIII. MARIA. Regina Apostolorum & Martyrum. Aue gratia plena, &c.

IX. MARIA. Regina Confessorum ac Virginum. Aue gratia plena, &c.

X. MARIA. Regina SS omnium. Aue gratia plena, &c.

ORATIO.

BEatissima Virgo, Dei Mater Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM CHRISTVM. Qui te in cœli coronauit. Concedat mihi per gloriam qua in cœlis coronata es vitam Sanctam, & mortem beatam. Et sic illi placeam & eum teq; videre merear in cœlis. Am.

Postea dicatur. Credo in Deum, &c.

Pro conclusione Tertiæ Partis subiungetur

ANTIPHONA.

SAlue Regina Mater misericordiæ vita dulcedo & spes nostra

salue. Ad te clamamus exules Filij Euæ Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Mater Maria.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMVS.

OMnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Mariæ, corpus & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante præparasti, da vt cuius commemoratione lætamur, eius pia intercessione, ab instantibus malis

& à morte perpetua liberemur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. Diuinum auxilium.

℟. Maneat semper nobiscum. Amen.

MODVS EXERCITII SPIRITVALIS, A SODALITATE SS. ROSARII SVPRA CONTEMPLATIONE MYSTEriorum Paſsionis Redemptoris noſtri IESV CHRISTI vſurpandus.

ET primo quidem in Altari SS. Roſarij accenſis ſi haberi poterunt Quindecim vel ſaltem quinq; Candelis prodibunt è Sacriſtia duo Præſidentes Presbyteri, aſſociati duobus Ceroferarijs, duas candelas accenſas, vel duos funales ardentes tenentibus, praeunte Cruciferario, cum imagine Crucifixi, compoſiti in modum Proceſsionis & ante oſtium Sacriſtiæ parum ſubſiſtentes incipient.

HYMNVM.

Vexilla Regis prodeunt.

Reliqua Choro vel Fratribus si adsint prosequentibus.

Fulget crucis mysterium,
Quo carne carnis conditor
Suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper,
Mucrone diro lanceæ:
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda & sanguine.
Impleta sunt quæ concinit.
Dauid fidelis carmine,
Dicens in nationibus
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida.
Ornata Regis purpura
Electa digno stipite.
Tam Sancta membra tangere.
Beata cuius brachiis.
Sæcli pependit pretium.
Statera facta corporis
Prædamq; tulit tartari.

Tandem accedentes ad altare SS. Rosarij accepta imagine Crucifixi à Cruciferario Præsidentes incipient penultimum versum dicti HYMNI.

O Crux Aue spes vnica.

Choro prosequente.

Hoc paſsionis tempore.
Auge piis iuſtitiam.
Reiſq; dona veniam.

Interim posita imagine Crucifixi vel in altari vel pauló inferius vt tamen ab omnibus conspici poßit in loco eminentiori. Præsidentes incipient vltimum versum

HYMNI.

Te ſumma Deus Trinitas,

Chorus.

Collaudet omnis Spiritus:
Quos per crucis myſterium.
Saluas rege per ſæcula Amen.

Posita Præsidentibus ante Altare cum Cæroferariis & Cruciferario in

infimo gradu Altaris genuflectentibus.

Litania de B. Virgine in æde Loretana dici solita, vel de nomine IESV *per Cantores decantabitur. Interim Fratres Sodalitatis induti saccis pœnitentium præparati ad disciplinas recipiendas. Virgas aut flagra gestantes, aduenient in Ecclesiam, præeunte Cruciferario, cum imagine Crucifixi & hinc inde, duobus Funalibus ardentibus, & cum peruenerint ad locum, ad disciplinas faciendas, deputatum omnes profunde genu flectent, vel potius in terram prostrati dato signo humiliter & deuotè dicent, stante cruciferario cum imagine Crucifixi.*

Adoramus te dulcissime Domine IESV CHRISTE & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam redemisti mundum.

Tandem dato signo, surgent, & genuflectentes expectabunt donec finiatur Litania.

Finita

Finita Litania. *Præsidentes versum incipient.*

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Tandem vnus Præsidens dicet.

OREMVS.

SVpplicationem seruorum tuorum Deus miserator exaudi, vt qui in Societate Sanctissimi Rosarij Dei genitricis & Virginis Mariæ congregamur, eius intercessionibus, à te de instantibus periculis eruamur; & præmia penitentibus repromissa, misericorditer consequi mereamur. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Postea vnus Præsidens dicet.

ACtiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequère vt cun-

cta nostra Oratio & operatio, a te semper incipiat, & per te cæpta finiatur. Te verò Sanctissima Virgo Deipara humiliter flagittamus, digneris nos laudare te, quam laudant astra matutina, & cuius gloriam superi, ac inferi demirantur, & prædicant, inflamma animas nostras rigentes, erige torpentes sensus, labia infantilia aperi, ad dignè recolenda quinq; Passionis Filij tui mysteria; & contemplandam glorificandamq; œconomiam salutis nostræ, quam in te, & per te operari dignatus est compar Dei Parentis Filius IESVS CHRISTVS Dominus noster, Qui cum eodem Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Postea datur signum & Fratres in terram se prosternunt.

Tandem

Tandem vterq; Præsidentes dicunt ter

QVI PASSVS ES CLEMENTER PRO NOBIS.

Respondent prostrati Fratres.

Miserere nobis.

Surgunt & genu flectunt.

Præsidentes deuotè dicunt cum pausis.

IESV dulcissime, Iesu piissime, Iesu Saluator noster. Cruci pro nobis affixe. Per mortem amarissimam, quam in hoc duro stipite subijsti Te humiliter flagitamus. Perfunde cor nostrum tuo feruido Sanguine, percute durissimam hanc Petram, cuspide vitalis ligni. Fluant ex ea lachrymarum flumina. Ploremus coram te qui fecisti & sic refecisti nos tuo præciosissimo sanguine. Tibi compati & tecum pati iugiter desideramus, Tua vulnera pectore toto

reuol-

reuoluere cupimus. Eia vnica ſpes noſtra ne proiicias nos. Te quoq; mæſtiſſima mater Virgo Maria, Per tuum IESVM paſſum. Et per gladium doloris qui tuam pertranſiuit animam obſecramus, Impetra nobis dolorem compaſſionis & lachrymas compunctionis. Fac ô Virgo amara. Dies noctesq; præ oculis habeamus Paſſionis Filij tui memoriam, Fac in cordibus & in manibus noſtris expreſſam eius geſtemus imaginem. Quatenus doloris tui participes Etiam cœleſtis conſolationis poſſimus eſſe conſortes. Per eundem Chriſtum Filium tuum. Qui cum Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. *Reſpond.* Amen.

Poſtea vnus Præſidens dicit.

OREMVS.

OMnipotens & miſericors De

us, qui sitienti populo, fontem viuentis aquæ, de Petra produxisti, educ de cordis nostri duritia compunctionis lachrymas, vt peccata nostra deplorare valeamus; remissionemq́; eorum te miserante accipere mereamur. Per Christum Dominum nostrum.

Respondetur. Amen.

Exhortatio interim habebitur.

Quam Fratres stantes vel sedentes auscultabunt.

Absoluta concione, Fratres genua flectent.

Præsidens verò monebit illos tali monitione.

FRatres dilectissimi, Christi IESV sanguine redempti: attendite ad IESVM Saluatorem vestrum cruci affixum. Quid pro nobis perpessus fuerit, in statera

cordis expendite. Totus vobis figatur in corde & opere, qui totus appensus fuit in cruce. Apprehendite disciplinam, ne quando torpidis & rigidis nobis irascatur Dominus. Accedite ad Redemptorem vestrum crucem illius cum Cireneo in vestros humeros arripite. Mala vestra & vniuersi orbis, pro quibus ille prætiosissimum cruorem fudit digna castigatione expiate, pro dolore compatimini patienti in terris, si regnanti consedere desideratis in cœlestibus regnis, adiuuante vos eodem Domino nostro Iesv Christo qui viuit & regnat in sæcula sæculorum, ℟. Amen.

Præparabũt se interim ad disciplinas faciendas & omnes prostrati Præsidentibus præcinentibus ter.

Sancte Deus, Sancte fortis Sancte & immortalis, miserere nobis.

Tribus etiam vicibus repetent hæc verba.

His dictis surgent signo dato & genu flectent.

Postea Præsidentes singula quinq; Mysteria Rosarij Lugubria meditanda proponent punctatim & distincta voce dicentes.

Iesu suauissime qui in Agonia positus, amarissimũ calicẽ passionis pro nobis bibiturus pauore mortali correptus, sanguineũ, sudorẽ sudasti. Miserere nobis.

Omnes subiungent lugubri voce & ad verbum Miserere percutientes pectore.

Iesu dulcissime, qui passus es clementer pro nobis, Miserere nobis.

Signo dato à præsidente disciplinas recipient donec per Præsidentem detur signum pro silentio. Et interim planctus aliquis vel cantus lugubris per Cantores si haberi poterunt decantetur.

Postea

Postea Præsidens dicat in tono Orationis

CONcede nobis clementiſſime Pater, per Orationem & ſanguineum ſudorem vnigeniti tui Domini noſtri IESV CHRISTI in operibus bonis ſemper abundare, vt ſine impedimento ad te qui es vera via, veritas, & vita peruenire valeamus. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Poſtea Præſidentes ſecundum Myſterium meditandum proponent vt prius diſtinctè dicentes.

IEsv miſerande, qui ad columnam ligatus, in toto corpore, duros laniatus ex flagris atrociſſimis conſtanter pro nobis ſuſtinuiſti, & liuor, vulnus, & cruor eſſe atq; apparere voluiſti. Miſerere nobis.

Omnes ſubiungent.

Iesu miserande qui passus es clementer pro nobis. Miserere nobis.

Postea disciplinas vt prius recipient.

Facto Silentio Præsidens dicat.

OMnipotens Sempiterne Deus, præsta nobis indignis famulis tuis, vt per flagella, illusiones, alapas, & opprobria Filij tui Saluatoris nostri ita viuamus, vt sine obstaculo ad sempiterna gaudia fæliciter perueuire valeamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tandem Præsidentes tertium Mysterium meditandum proponent dicentes.

IEsv patientissime, qui diademate spineo coronatus, cachinos, blasphemias, sputa, alapas, percussuras, opprobria, à væsanis militibus, pro nobis perferre, vixq́;

homi-

hominis habitum gerens, specta-
culum esse instituisti. Miserere
nobis.

Omnes subiungent.

Iesu patientissimè qui passus es
cleméter pro nob. Miserere nobis.

Disciplinas vt prius recipient.

Postea dato signo pro silentio Præsidens dicat.

DIrige Domine Deus, actus
nostros in beneplacito tuo,
vt per memoriam spineæ coronæ,
quam Dominus noster Iesus
Christus pro nobis accepit in ca-
pite suo, mereamur ipsi capiti no-
stro semper adiungi & nunquam
ab eius voluntate, & amore sepa-
rari Per eundem Christum Do-
minum nostrum. ℟. Amen.

Postea præsidentes Quartum Mysterium meditandum proponent dicentes.

Iesu innocentissime, qui ab ini-
quo iudice condemnatus, crucis

trabem ingentem super tuos humeros deferre, ac sub ea corruere, nec non furrentis plebis, fabula & probrium esse dignatus es. Miserere nobis.

Omnes subiungent.

Iesu innocentissime, qui passus es clementer pro nobis. Miserere nobis:

Disciplinas vt supra recipient.

Et dato signo pro silentio Præsidens dicet.

EXaudi Domine preces nostras, & præsta vt per Crucem, quam Dominus noster pro amore & exemplo nostro tulit humeris suis, nos semper eandem in corde & corpore nostro portemus, & eius etiam virtute liberemur ab insidiis animæ & corporis Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Vltimo Præsidentes Quintum Mysterium

ſterium meditandum proponent dicentes.

IEsv benigniſſime, qui vt latronum ſceleſtiſſimus, inter profligatos latrones, morte atrociſſima, & turpiſſima à vita demigrare, & viſceribus ferro perruptis, vniuerſoſq; tuo prætioſiſſimo ſanguine ſuffuſo; ſic IESV noſter nos redimere, viuificare, & ad veram vitam reducere voluiſti. Miſerere nobis.

Omnes ſubiungent.

Ieſu benigniſſime qui paſſus es clemēter pro nobis. Miſerere nob.

Diſciplinas vt ſupra recipient.

Dato ſigno pro ſilentio Præſidens dicet.

MIttte quæſumus Domine plebi tuæ auxilium de Sancto, & concede nobis ad Dominicæ paſſionis mortis & ſepulturæ

exemplum, ita conformari vitæ & actibus eius, vt tibi soli Deo viuere & placere valeamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dato signo per nolam. Omnes Fratres prosternunt se. Tunc Præsidentes dicunt pausantes.

Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & immortalis. Miserere nobis.

Repetunt similiter prostrati Fratres.

Repetunt secundo Præsidentes. Sancte Deus, Sancte Fortis, &c. *Hoc idem faciunt prostrati.*

Postea fit silentium quod sit quasi per vnius Dominicæ Orationis dicendæ interstitium.

Signo dato surgunt omnes, quibus genuflectentibus, Præsidentes intonant

℣. A peste, fame, & bello. *Respondent Fratres.*

Libera nos Domine.

℣. Ab omni malo & peccato.
℟. Libera nos Domine.
℣. Ab infestationibus omnium inimicorum visibilium & inuisibilium.

Respondetur. Libera nos Domine. *Præsidentes.* IESV. *Respondetur.* Exaudi.

IESV ℟. Parce.
IESV ℟. Miserere nobis.

Pater noster, &c *Interim disciplinas recipient.* *His finitis Præsidens.* Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Protector noster aspice Deus.
℟. Et respice in faciem Christi tui.
℣. Miserere nostri Domine.
℟. Miserere nostri.
℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.
℟. Quemadmodũ sperauimus

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORETIVS.

RESpice quæsumus Domine super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster IESVS CHRISTVS, non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subiire tormentum.

IESV dulcissime, quæsumus ineffabilem clementiam tuam, per immensum illum amorem, qui te cruci amarissime affixit peccata quæ nos miseri commisimus nobis indulgeas. A comittendis & à cunctis periculis, piè nos custodias.

IEsv suauissimè, mitte de excelso sanctuario tuo Spiritum Sanctum tuum, qui nos custodiat, protegat, visitet, atq; defendat.

IEsv mitissime, pone nostram in tuis vulneribus sapientiam, vt tibi soli proficiamus, omnibus nobis perniciosis deficiamus, vt iam non nos in nobis, sed tu in nobis, & nos in te, indissolubili vinculo amoris æternaliter deuicti maneamus.

IEsv benignissime ad tuos sanctissimos pedes humiliter prostrati, in ea commendatione qua animam tuam Patri in cruce tradidisti, commendamus hodie, & quotidie animas nostras, vitam nostram, cor & corpus nostrum, omnes sensus, & actus nostros Ecclesiam Sanctam Catholicam, & eius Pastorem, quam vnà cum ipso & vniuerso populo Christiano, rege, custodi, & exalta. Principes Christianos concordes effice, Feritatem omnium inimicorum

nostrorum comprime, bella debella, pacem tuam nostris concede temporibus, vt tibi omnes gradus fideliter deseruiant, purgentur errores, euellantur hæreses, dissipentur Idolatriæ, conuertantur peccatores perseuerent in finem iusti. Flagella quæ pro peccatis nostris meremur auerte. Cunctis Christianis viuis & defunctis, pro quibus preces effundere decreuimus tua paterna pietate succurras, viuis vniuersis bona profutura largire, & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede.

TE autem vna spes suspirantium, Mater gratiæ, Mater misericordiæ, piissima Virgo Maria, humiliter obsecramus: ne despicias nos peccatores licet famulos tuos, propter eum qui amore nostri toto corpore dilaniatus pe-

pendit in cruce. Respice nos oculis tuæ misericordiæ sicut te de cruce aspicere voluit Filius tuus Dominus & Redemptor noster In perpetuam tutelam tuam, tibi nos cum Ioanne Filio tuo adoptiuo Filius tuus vnigenitus commendauit.

NOS igitur sub tuo vexillo collectos tueri, maternoque fauore complecti digneris, salutaribus incrementis adaugeas, & in gratiam Filij tui Domini nostri nos insinues: vt in puritate, castitate, deuotione, compunctione, humilitate, & perseuerantia tibi & IESV Christo Filio tuo Domino nostro semper famulemur. Qui viuit & regnat cum Deo Patre in vnitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum.

Respondetur. Amen.

Post modum Præsidentes duo occinent Planctum Beatæ Mariæ Virginis.

STabat Mater dolorosa.
Iuxta crucem lachrymosa,
Dum pendebat Filius.
Cuius animam gementem.
Contristantẽ & dolentẽ.
Pertransiuit gladius.
O quàm tristis & afflicta
Fuit illa benedicta.
Mater vnigeniti.
Quæ merebat & dolebat,
Et tremebat, cũ videbat
Nati pœnas inclyti.
Quis ẽ homo qui nõ fleret
Christi matrẽ si videret
In tanto supplicio;
Quis nõ posset contristari,
Piã matrẽ contemplari
Dolentem cum Filio?
Pro peccatis suæ gentis
Vidit Iesum in tormẽtis
Et flagellis subditum.
Vidit suum dulcem natum,
Morientem desolatum
Dum emisit Spiritum.
Pia mater fons amoris,
Me sentire vim doloris

Et chorus ad quemlibet Versum primum repetet. Stabat Mater dolorosa. *Interim accedent bini fratres ad osculum crucis & sic osculata cruce Processionaliter circa altare si habet circuitum regredientur præcedente Cruciferario cũ cruce & duobus funalib*

Fac

Fac vt tecum lugeam.
Fac vt ardeat cor meum,
In amãdo Christũ Deũ.
Vt sibi complaceam
Sancta mater istud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.
Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati,
Pœnas mecum diuide.
Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere
Donec ego vixero.
Iuxta crucem tecum stare,
Te libenter sociare.
In planctu desidero.
Virgo Virginum præclara,
Mihi iam non sis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac vt portem Christi mortem,
Passionis eius sortem,
Et plagas recolere
Fac me plagis vulnerari.
Cruce hac inebriari,
Ob amorem Filij.
Inflammatus, & accensus
Per te Virgo, sim defensus,
In die iudicij.

bus vt venerant ad locum in quo deposuerant vestimenta sua.

Fac me cruce custodiri,
Morte Christi præmuniri
Confoueri gratia,
Quando corpus morietur.
Fac vt animæ donetur.
Paradisi gloiia. Amen.

In reditu cum notis musicalibus cantabunt PSALMVM.

MIserere mei Deus: Secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me Domine hysopo & mundabor lauabis me, & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & Spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proiicias me à facie tua & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & S iritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur,

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate Syon: vt ædificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto: Sicut erat in princi-

pio & nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Ingreßi locum depositionis vestimentorum.

Reposita imagine crucifixi omnes genu flectunt versus eandem dicentes.

Qui passus es clementer pro nobis. Miserere nobis.

SYNOPSIS.
RERVM PRÆCIPVARVM ORATIONEM SS. Rosarij recitaturis sciti necessariarum.

Rosarium nihil aliud est, quam sertum quoddam Spirituale, mysticis vocibus, ex Euangelio depromptis, tanquam rosis contextum, quod Virgini Virginum Dei matri offerimus. Vel est modus orandi, quo quilibet homo orare volens, dicit ad honorem Dei & Beatæ Virginis Mariæ toties salutationem Angelicam Aue Maria, quot sunt Psalmi in Psalterio Dauidico, videlicet centies & Quinquagesies, a quo numero vocatur hoc idem Rosarium Psalterium qui est numerus Psalmorum Dauidicorum, singulis decem salutationibus Orationem Dominicam Pater no-

ster

ster præponendo; cum certis meditationibus Domini nostri IESV CHRISTI vitam & B. Virginis: capitaq; præcipua fidei Catholicæ demonstrantibus.

Rosarium quicunq; vult cum fructu spirituali recitare. Primo in Cathalogum Societatis. SS. Rosarij per sacerdotem, autoritate superiorum societatis eiusdem institutum premissa confessione & Communione inscribi debet. Inscriptus, nouerit se nullatenus ad recitandum Rosarium nec sub peccato mortali, nec sub alio quouis peccato & pœna obligari; Sed tantum, si cupit participare de omnibus bonis spiritualibus tam Ordini Prædicatorum S. Dominici, quam Societati SS. Rosarij ab eodem Beato Patri originem ducenti, & à diuersis summis Pontificibus concessis, recitare debet semel in Septimana totum Rosarium: hoc est quindecim Pater noster, & centum quinquaginta

Aue Maria. *Contemplando Quindecim Mysteria vitæ Christi in tres partes distincta. In prima parte, Quinq; mysteria Gaudiosa. In secunda parte, Quinq; Mysteria Dolorosa. In tertia parte etiam quinq; Gloriosa: ita vt veluti in vna rosa frondes, spinæ, & flores conspiciuntur: ita in vno completo Rosario hæc eadem mysticè contemplentur.*

Dies porrò certa, & determinata, in qualibet Septimana, ad recitandum hoc Rosarium non assignatur: Liberum enim est, quocunq; die illud recitare, pro arbitrio, voluntate, & opportunitate temporis: idq; vel vnico die, totum, vel tripartito illud diuidere: ita vt Prima Pars Dominico die. Altera Feria Sexta. Tertia verò Sabbatho in Ecclesia, in domo, in foro, itinere, in mari, in syluis, & in quouis alio loco, siue flexis genibus, siue stando, siue sedendo, siue ambulando, siue equitando, & quocunq;

alio modo, tam per se, quam per alium si præsertim aliquis infirmitate, aut alia quauis licita causa impeditus dicere illud per seipsum minimè valeat (in tali enim casu poterit Rosarium suo nomine persoluendum alteri, qui tamen dictæ Societati sit adscriptus mandare, sibi tantum profuturum, quantum, si ipsemet per se recitarit) mentem interim eleuatam habendo ad Deum, & ad gloriosissimam Virginem Mariam: recolendo præterea, & in memoria retinendo, prædicta Quindecim Mysteria vitæ Christi Rosario assignata; recitentur. Et si quis obliuione aut negligentia illud dicere prætermiserit, nullum ob hoc peccatum contrahit, nisi quod mercedem illam Spiritualem Fraternitatis amittit, quam si dixisset illa hebdomada fuisset lucratus. Verum & hoc damnum Spirituale recompensari potest. Cum licitum sit Rosarium vna septimana omissum, altera illud quoties

fuerit intermissum ducere, & reassumere. Præterea sciendum est. Rosarium hoc dici posse, à quopiam, pro defunctis, qui vel ipsi cum essent in viuis, vel post mortem, per alios huic societati inscripti fuerint. Cum per Bullam Leonis X. Papæ animæ fidelium defunctorum, de iisdem donis spiritualibus participent, quibus illi qui sunt in viuis recitantes hoc Rosarium gaudent. Vt autem confratres se præfatæ Societati SS. Rosarij adscriptos, verè profiteantur: aliosq; Christi fideles exemplo suo, ad procurandam salutis suæ œconomiam, & meditanda SS. Rosarij mysteria, excitare poßint: toto mentis affectu & votis omnibus curabunt vt Beatißimam Virginem Deimatrem Ecclesiæ Catholicæ, societatisq; huius suæ patronam singularem, præcipua veneratione cultuq; prosequantur, officia, & sancita Societatis eiusdem per Reuerendum ac ℞ Patrem F. Abraa-

mum

mum Backium S. Theologiæ Magistrum Ordinis Prædicatorum vtroq; Latino, videlicet & Polonico idiomate conscripta, & in lucem aliquoties edita, sanctè custodiant, fideliter exequantur & exequi curent: quò facilius post huius vitæ decursum, meritis Passionis Domini nostri IESV Christi, Beatissimæ Virginis matris eius: & omnium Sanctorum patrociniis suffulti, ad futuram gloriam quam quærimus transferri possint.

OFFICIA EORVM QVI FRATERNITATI SS. ROSARII B. M. VIRGINIS SVNT adſcripti.

I. OFFicium eſt. Finem quem intendit Fraternitas, ſemper præ oculis habere. Is autem non alius eſt: Quam maior Dei, Deiparæq; Virginis Mariæ gloria, Christi Fidelium pietas, honeſtas & integritas vitæ, animarum ſalus, auxilium Eccleſiæ Catholicæ, atq; proſperitas meritis B. V. precibus, Orationibus quoq; ac bonis operibus noſtris procuranda.

II. Modos omnes, quibus ad finem hunc perueniri poſſit, diligenter inquirere; quales ſunt.

Dilectio Dei, & proximi. Cultus & honor B. Virginis. Profectus in vita Spirituali. Frequens vſus Sacramentorum. Oratio deuota. Examen conſcientiæ : & diligens in bonis operibus exercitium.

III. Præmiſſa confeſſione in Ecclesia, vbi Fraternitas SS. Roſarij eſt fundata, & erecta; ad Altare SS. Roſarij qualibet Dominica prima cuiuſlibet Menſis Quolibet Feſto B M. Vrginis, & ſolennitatibus illis quibus memoria vnius ex quindecim Myſteriis SS. Roſario aſſignatis celebratur, Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumere.

IV. Quolibet Sabbatho : Deinde qualibet Dominica prima cuiuſlibet menſis. Item quolibet Feſto Myſteriorum SS.

Rosarij, in Ecclesiam conuenire, Missæ votiuæ ad altare Rosarij decantandæ interesse. Et ad minus tertiam partem Rosarij pro viuis & defunctis Christi fidelibus Fraternitati adscriptis recitare. Interimq; pro Exaltatione S. Matris Ecclesiæ. Pro Extirpatione Hæreseon. Pro pace, vnitate & concordia Principum Christianorum; præcipuè procerum Regni Poloniæ & incremento huius almæ Fraternitatis orare debent.

V. Prima quaq; Dominica cuiuslibet Men.; similiter in omnibus festis B. Virginis Processionibus. Præcipuè etiam Processioni solenni, in Festo SS. Rosarij quod celebratur Dominica 1. Octobris solenniter interesse.

VI. Ad Exhortationes, quæ in-

dicuntur. Ad Exercitia Spiritualia tempore Quadragesimæ, teriis sextis vel Sabbatinis diebus si instituantur. Ad Processiones publicas tempore Orationum 40. horarum indictas. Et singulis diebus Sabbatibus, dum decantatur Lytania de B. Virgine ante altare SS. Rosarij venire.

VII. Mane, Meridie, & vesperi dum datur signum pulsu Campanæ genua flectere, salutando B. Virginem modo præscripto vt hac ratione se Societati SS. Rosarij inscriptos, & deuotionem suam erga B. Virginem profiteri: & Indulgentias salutantibus B. Virginem concessas consequi possit.

VIII. Circumferre secum, quaq; versus Coronullam seu calculos Oratorios Rosarij no-

mine

mine dictos ceu Theseram.

IX. Anniuersariis defunctorum, quæ in Crastino Festorum B. M. Virginis. Et quauis feria 2. post Dominicam 1. Cuiuslibet Mensis celebrari consueuerunt, interesse frequenter: defunctisq; suæ Fraternitatis præcipuè piis precibus, eleemosinis & oblationibus circa illud missæ sacrificium, pro posse opitulari.

X. Defuncto aliquo ex Fraternitate conuenire debent, omnes Fratres, ac sorores, per se vel per alium (si legitimè impediti fuerint) quempiam de familia, vel domesticis suis ad deducendum funus, & ad preces oblationemq; pro defuncto, vel defuncta ad altare faciendam.

XI. Ingredientes hanc confraterni-

ternitatem, confiteri debent e-odem die prius, & Sacramen-tum Eucharistiæ sumere; idq; ad altare SS. Rosarij. Et recita-re vel saltem tertiam partem Rosarij orando pro Exaltatio-ne S. Matris Ecclesiæ Catholi-cæ. Et sic consequuntur plena-riam Indulgentiam.

XII. Si quem ex Confratribus aut sororibus contigerit infir-mari; is ad quem primum no-titia huius rei peruenerit, Præ-fecto Fraternitatis significare tenetur, qui infirmum fraternè visitari, Sacramentis muniri, Fraternitatis orationibus com-mendari, cæterisq; necessariis prouideri curabit.

XIII. Omnes huius Confrater-nitatis confratres & sorores, curare debent vt ægros visitent simulq; eos ad Exhomologe-

sin peccatorum suorum facien-
dam sine mora; Et sumptio-
nem sacram, Eucharistiæ ex-
hortentur: & si adeò pauperes
fuerint, pro posse inopiam eo-
rum subleuent: similiter & in
aliis operibus bonis præcipuè
spiritualibus sese exerceant. Er-
rantem corrigendo. Ignoran-
tem docendo, Cõsilio indigen-
tem iuuando. Afflictum con-
solando. Pro inimicis orando
offensam remittẽdo vt impleri
in illis illud possit quod de Fi-
delibus Christi, in primitiua Ec-
clesia extat. Actor 4. Multi-
tudinis credentiũ erat, cor vnũ
& anima vna, nec quisquam
eorum qui possidebant aliquid
suum esse dicebant, sed erant
illis omnia communia.

XIV. Deniq; omnes Fraternæ
charitatis vinculo inuicem

con-

coniuncti sollicitè curare debent, vt primum cultus Dei & Gloriosæ Virginis primo & principaliter amplietur. Concordia, pax, conseruetur. Congregationes frequententur, fraternitatis exercitia sedulo obeantur, suspecta loca, & Societates deuitentur quicquid Fraternitatis odori bono, ac nomini efficere queat deuitetur: morum integritati ac pietati solide studeatur, profectus Spiritualis in virtutibus Christianis ac meritis bonorum operum suorum crescat & augeatur. Quo digni esse congnoscantur qui sub patrocinio Virginis Deiparæ. Inq; illius Confraternitate Rosarij vitã degãt: & bonam operum suorum mercedem, hic, & in futuro sæculo percipiant

XV. Ad quæ omnia præstanda, licet nulla tenus Confratres obligentur; nec à præfectis Fraternitatis obligari possint. Curabunt tamen, vt & aliis exemplo hac in parte præluceant; & ipsi officia & sancita Fraternitatis debitè explendo, de omnibus satisfactionibus operibusq; bonis quæcunq; vbicunq; per vniuersum orbem Christianum, à quibuscunq; Confratribus & Sororibus eiusdem Societatis piè geruntur participare Indulgentiasq; huic Fraternitati & Ordini Prædicatorum (cum idem ordo Fraternitatem Rosarij, in partem sortemq; omnium spiritualium meritorum ordinis sui, æternum admiserit) concessas consequi possint.

DE INDVLGENTIIS, ET THESAVRIS SPIRITVALIBVS AB ECCLESIA Catholica Confraternitati SS. Rosarij, B. M. Virginis diuersis temporibus concessis.

EA semper fuit sedis Apostolicæ summorumq; Pontificum in Fraternitatem SS. Rosarij B. Virginis charitas & propensio; Vt cultum B. Virginis modo in eodem Rosario concinnato, promouere & ad eundem orandi modum, Christi Fideles inuitare, cupientes Sacros Indulgentiarum Thesauros, in Fraternitatem hanc Rosarij, manu largissima effuderunt. Quibus vt recitantes Orationem SS. Rosarij maiori cum fructu animarum suarum, & in re-

medium peccatorum suorum frui possint, breuiter collectos, hîc subiicere placuit.

Pro inscriptione in Fraternitatem Rosarij.

Singulis de Fraternitate plenariam. Indulgentiam semel in vita: semel in morte concessit viuæ vocis oraculo.

Innocentius VIII. Anno 1484 die 13. Octobris. Successores confirmarunt omnes.

Qui quâ die inscripti fuerint Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in aliqua Ecclesia Fraternitatis perceperint, & pro Ecclesiæ tranquillitate, vnam saltem Quinquagenam recitauerint iis est plenaria Indulgentia.

Item qui in mortis articulo constituti salutaris pœnitentiæ, & viatici Sacramento muniti fuerint; vtriq; pelnam omnium, &

ſingulorum peccatorum Indulgentiam, & Remiſſionem miſericorditer conſequuntur. Ita Pius V. in Bulla conſueuerunt. Anno 1569. die 17. Septembris.

Nouiſſimè de his nominatim Gregorius XIII. in duobus breuibus. Vtriuſq; initium eſt: Cum ſicut accepimus, &c. *D*atum prius 25 Maij Alterum 1. Iunij Anno vtrumq; 1579.

Vi horum, ingreſſus in Fraternitatem, ſi pœnitens, confeſſuſq; communicarit, acquirit plenam Indulgentiam.

*I*tem ſemel in vita quando voluerit, confeſſusq; communicauerit, plenariam Indulgentiam.

Item tertiò in articulo mortis inuocans corde Sanctiſſimum nomen Iesv habet plenariam indulgentiam.

Pro gerentibus ſecum Roſarium.

Omni die, quo quis de Fraternitate Rosarij secum tulerit palam Rosarium, habens cor contritum pro peccatis, meretur CC. Annos CC. quadragenas Indulgentiarum quas concessit Innocentius VIII. in Breui. Splendor paternæ gloriæ, &c. Datum Romæ Anno Domini 1488.

Eandem Indulgentiam confirmauit. Alexander VI. in Breui. Illius qui perfecta chariras est, &c. Romæ Anno 1494.

Pro deuotè orantibus Rosarium.

Quotiescunq; aliquis dicit Psalterium vel Rosarium toties XV. Annorum & XV. Quadragenas consequitur Indulgentias concessas à Sixto IV. In Breui Datum. Romæ 11. Maij Anno Dñi 1476. Pontificat. eius Anno VIII.

Consequitur deinde & alias Indulgentias concessas.

Innocentius enim VIII. Et Alexander VI. contulit vterq; dicenti Psalterium seu Rosarium totum id est XV. Decades coniunctim, vel diuisim indulgentiam Annorum trecentorum sexaginta millium,

Leo X. dedit Indulgentiam Annorum X. & X. quadragenas pro vna quaq; vice. In Breui Pastoris æterni, &c. Datum Romæ, die 6. Octobris Anno 1320.

Adrianus VI. dedit Indulgentiarum 50. Annos dicenti Rosarium palam in capella Fraternitatis SS. Rosarij vel in Ecclesia vbi est altare Rosarij vt legitur. In breui illius qui Dominicum gregem, &c. Datum Romæ die 1. Aprilis. Anno Domini 1523.

Clemens item VII. Eandem Indulgentiam confirmauit, & duplicauit. Annos Indulgentiarum

vt sint C. Et extendit hoc concedens eandem Indulgentiam omnibus qui quocunq; loco dixerint Rosarium vt patet. In breui Datum Bononiæ Die 23. Martij, Anno 1529. Quod sic incipit Ineffabilia, &c.

Demum Paulus III. Anno 1587. die 13. Augusti dedit Plenariam Indulgentiam. Præterea idem Paulus III. concessit. Quod quicunq;, & quandocunq;, & quotiescunq;, inscriptus Fraternitati Rosarium orauerit, pro defuncto qui inscriptus fuerit Fraternitati, vel post decessum inscriptus fuerit, is liberat animam illam de Purgatorio.

Pro dicentibus Rosarium, in quibusdam certis Festis & Sollennitatibus.

In Festis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuita-

tis, & Purificationis, B. M. Virginis. Quicunq; dixerit vnam partem Rosarij. Habet C. dies Indulgentias concessas ab Alexandro Episcopo Forliuensi, & Legato de latere Apostolico in Germania vt habetur in eius literis. Et si glorioios Dat. Coloniæ Anno 1476.

Similiter dicentibus vnam partem Rosarij in Festis tribus.

Natiuitatis, Visitationis, & Assumptionis B. M. Virginis.

Sixtus IV. In Breui Dat. Romæ Anno 1468. Oues Dominici gregis, &c. dedit. In quolibet Festo de Prædictis VII. Annos & totidem quadragenas Indulgentiarum.

Pius quoq; V. dicentibus vnam partem Rosarij in prædictis tribus Festis B. M. Virginis. X. Annos & X. Quadragenas Indul-

gentiarum concessit. In Breui iniunctum nobis.

Pro Confessis & Communicantibus certis temporibus.

In Festo Paschæ, & in Natiuitate, Annunciatione, Visitatione, Purificatione, & Assumptione, B. V. M. Quicunq; inscriptus Rosario etiam tribus diebus singulas Festiuitates prædictas immediatè præcedentibus, cuicunq; Præsbytero Ordinis Prædicatorum, peccata sua confessus fuerit. Ipse autem Præsbyter eorum confessionibus diligenter auditis, ipsos & eorum singulos, ab omnibus, & singulis Excommunicationis, Aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure vel ab homine, quauis occasione vel causa, latis, & promulgatis. Nec non sacrilegiis, Incestibus, Adulteriis, pœnitentiarum iniunctarum, &

Diuinorum Officiorum, & Ieiuniorum omissionibus, aliisq; eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunq; grauibus, & enormibus, in singulis; etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, casibus (Bullæ cænæ duntaxat exceptis) absoluere, & eis pro commissis, pœnitentiam salutarem iniungere. Ac iuramenta quæcunq; (sine iuris alienis præiudicio) relaxare. Et vota quæcunq; (1. vltra marino. 2. Visitationis liminum B. Petri & Pauli. 3. ac S. Iacobi in Compostella. 4. Necnon religionis & S. Castitatis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commuttare liberè possit.

Leo X. concessit. Remissionem omnium peccatorum, ad instar Iubilei, Idq; in breui. Pastoris æterni, Datum Romæ Anno Domini 1520. Quod confirmarunt

omnes penè successores Pontifices etiam præsens SS. Dominus noster Paulus V.

In Festo Annunciationis. Qui de Fraternitate, confessus, communicarit, ad Altare SS. Rosarij, & dixerit Rosarium vnum, in templo Rosarij: meretur illo die Plenariam Indulgentiam.

Quam Pius V. in Breui Iniunctum nobis Romæ Anno 1566 14 Iunij concessit.

Item qui eo die etiam alibi confessus communicarit; visitarit tamen Ecclesiam Rosarij orauerítq; pro concordia Principum Christianorum. Pro extirpatione Hæreseon, pro pace Ecclesiæ, is acquirit plenariam Indulgentiam, à Gregorio XIII. In Breui Cum sicut accepimus Anno 1579 Romæ 1. Iunij datum. Dominica 1 cuiusq; Mensis qui corde contrito

con-

confessus communicarit, ad Altare Rosarij, & post communionem ibidem orauerit pro Exaltatione Matris Ecclesiæ Catholicæ, pro concordia Principum Christianorum, Extirpatione vel conuersione Hæreticorum, hic meretur Indulgentiam plenariam à Gregorio XIII in Breui duplicè Altero Dat. die 8. Nouembris Anno 1578 Altero Dat. 29. Augusti Anno 1579 concessam.

Eandem Indulgentiam concessit, & ægrotis de eadem Fraternitate si non possint adire Ecclesiam, vt domi tamen confiteantur & communicent, & pro supradictis punctis orando. Post Communionem dicant Rosarium, aut Septem Psalmos Pœnitentialès ante quamcunq; imaginem.

Pro iis qui dicunt vel celebrari curant Missam SS. Rosarij.

Qui

Qui dicit vel vt missa dicatur SS. Rosarij procurat, tales consequitur Indulgentias, quales consequitur recitando totũ Rosariũ.

Item liberat vnam animam, de Purgatorio: quam Indulgentiam concessit. Alexander VI. Paulus III. In literis Datum Romæ Anno 1587. Die 30. Augusti. Non solum his qui dicunt: verùm & illis qui curant recitari, & his omnibus qui audiunt Missam SS. Rosarij concessit prædictas Indulgentias, quas consequuntur cum recitant integrum Rosarium.

Pro Processionibus.

Quilibet Christi Fidelis, Fraternitati adscriptus, si adfuerit processionibus, quæ fieri solent qualibet Dominica 1. Cuiuslibet Mensis; & in Festis omnibus B. Virginis, in Ecclesia, vbi hæc Fraternitas est erecta, confessus, aut

saltem

saltem votum confitendi habens, consequitur plenariam Indulgentiam. A Pio IV. In breui. Dum præclara meritorum Anno II. Pontificatus. Die 31. Martij Romæ datum.

Omnibus Christi Fidelibus tam in Fraternitate quam extra existentibus, qui Processioni Dominica 1. Cuiuslibet Mensis adfuerint. Pius V. In Breui Consueuerunt & Datum Romæ 17. Septembris Anno Domini 1569. VII. Annos Indulgentiarum: & totidem quadragenas dedit.

Item inscriptis in Fraternitatem Rosarij, & præsentibus Processioni, quæ fit Dominica 1. Cuiuslibet Mensis, Confessis & communicatis, in Capella seu Oratorio Rosarij, orantibus; pro concordia Principum pro Ecclesia, pro hæresûm extirpatione; con-

cessit plenariam Indulgentiam.

Gregorius XIV. in Breui Duplici. Anno 1578. 8. Nouembris, & Anno 1579. 29. Augusti & in Breui Pastoris æterni Anno 1581. 5. Maij. Item in Breui Cupientes, &c. Anno 1583. 24. Octobris.

Eandem concedit alibi confessis & communicantibus, si non possint adire Ecclesiam Fraternitatis; modo orarint pro dictis punctis.

Item Eandem infirmis largitur, domi communicantibus & aliquid ante imaginem aliquam orantibus.

Pro visitantibus templum aut altare Rosarij certis temporibus.

Qui inscriptus in Fraternitatem Rosarij in septem Festis Mariæ Virginis: Purificationis, Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis, Præsentationis,

& Conceptionis templum aut altare Rosarij deuotè visitauerit, orando; si tamen aut confessus fuerit ad confitendi votum habuerit, consequitur plenariam Indulgentiam. In literis Pij IV. Dum præclara meritorum. Anno 2 Pontificat. 31. Martij Et in altero e. eiusdem Anni Pridie Calendas Maij.

Visitantibus Capellam Rosarij Dominica 3. Aprilis & 1. Octobris plenariam Indulgentiam; dat Gregorius XIII. in Breui. Cum sicut Anno 1579. 3. Ianuarij.

Idem in Breui Pastoris æterni Anno 1581. 5. Maij dat plenā indulgentiam orantibus quid, in Ecclesia Rosarij, in Festo Rosarij, Anñuciationis, Purificationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis Mariæ, & Dominica post Epiphaniam, Inuentionis Exaltationis S.

Crucis festo Coronæ Domini, tribus diebus Paschalibus triduo Pentecostes & in die omnium Sanctorum.

Pro non valentibus visitare Ecclesiam Rosarij.

Qui de Fraternitate in prima Dominica Mensis, vel in dictis festis, vel in quacunq; Processione, aut festiuitate nequiuerint adesse præsentes; idq; per morbum, aut carceres, aut itinera, aut seruitia, aut nauigationem, aut alia de causa iustâ, ij si tali die orauerint, Rosarium vnum commerentur, plenariam indulgentiam: ac si personaliter præsentes fuissent. Pius V. Inter desiderabilia. Anno 1569. 29. Iunij. Sixtus V. in Breui. Dum ineffabilia meritorum, &c. Romæ Anno 1586. 30. Ianuarij. Item Gregorius XIII. in Breui Cupientes, &c. Anno 1588. 24. Decembris.

Pro visitantibus Altaria quinq;.

Visitari debent altaria quinq;, ab iis, qui sunt Rosario adscripti: & ante quodlibet orandum quinquies *Pater*. Et *Aue Maria*: aut ante vnum Quinquies quinq;: vt quis consequi possit *Indulgentias* Stationum vrbis Romæ, quas quidem donauit Fraternitati Rosarij. Leo X. Anno Domini 1518

Ad instantiam Capituli Generalis Ordinis Sancti Dominici. Romæ pro illo tempore congregati. Quod Pius V. limitauit concedens. Quod orans *quinq; Pater* & *Aue Maria* ante vnum altare, semel, in Ecclesia dummodo Rosarij, satisfaciat ad promerendas Indulgentias Stationum Vrbis Romæ de quibus mox latius.

Pro iis qui stationum Vrbis Romæ Indulgentias consequi cupiunt.

Romæ in variis Ecclesiis multæ

sunt à varijs summis Pontificibus concessæ Indulgentiæ. Quotidianas tantum commemoro.

I. Quotidie in sancto Ioanne Lateranensi, si quis voluerit, sexies plenaria Indulgentia.

II. Omni die, in qualibet de septem vrbis Ecclesiis, semel plenaria Indulgentia,

III. Omni Feria quarta in Sancto Laurentio, extra murum plenaria Indulgentia.

IV. Quotidie Remissio peccatorum partis tertiæ ad sanctam Praxædem.

Item tertiæ ad Sanctam Potentianam.

Item septimæ ad sanctum Mathiam.

Hasce omnesq; vrbis Indulgentias alias concessit Leo X. Anno 1518. ad Instantiam Patrum Ordinis Prædicatorum in Capitulo

gene-

generali. Anno eodem Romæ congregatorum Fraternitati SS. Rosarij.

Hoc confirmauit Clemens VII. 8. Maij Anno 2. sui Pontificatus in, Breui Et si temporalium cura &c. Confirmarunt & cæteri successo res Pontifices, verùm ad ea conse quenda has obseruare conditio nes oportet.

I. Vt sis in statu gratiæ.

II. Sis Fraternitati Rosarij adscriptus.

III. Visites Ecclesiã Prædicatorij Ordinis seu Rosarij, aut si hanc non queas aliam quamcunq;.

IV. Ores vt minimum quinquies Pater noster. & Aue Maria. Pro vniuerso nomine Christiano. Sic enim Pius V. concessit.

Pro liberanda è purgatorio anima.

Quicunq; de Fraternitate curat legi Missam, de Rosario, pro de-

functo in Fraternitate Rosarij, is liberat animam è purgatorio Alexander VI. In Breui illius qui perfecta Anno 1494. Et Paulus III. Anno 1537. 13. Augusti.

Quocunq; die aliquis de Fraternitate dixerit, Rosarium pro defunctis, vnam is animam liberat è purgatorio, in vigore Indulgentiæ plenariæ quam Paulus III in Breui Anno 1537. die 13. Augusti.

Qui modo supra dicto, feria Quarta quacunq; visitarit quinq; altaria in Ecclesia Rosarij: aut vnam aram Rosarij: is eo die liberat animam è purgatorio.

Item in quacunq; Dominica die per annum.

Et insuper subiectis diebus istis.

I. *In* Festo Purificationis Mariæ; & S. Blasij.

II. Feria 3. Post Dominicã Quadragesimæ.

III. Sabbato ante 2. Dominicā in Quadragesima.

IV. Feria 6. ante Dominicam Passionis.

V. Feria 4. 5. 7. maioris hebdomadæ.

VI. Die S. Ioannis ante portam Latinam 6. Maij.

Item Feria 4. Paschæ Feria 5. & Sabbatho. Post Pentecosten.

Item Sabbatho quatuor temporum in Septembre.

Item 27. Ianuarij & 27. Decembris &c.

Atq; ista vigore dictæ Bullæ Leonis X. Stationum Indulgentias concedentis, & successorum Pontificum concessas nominatim confirmantium. Sic in patente Brixiana. Quia Romæ, omni die, visitari aliqua potest Ecclesia, vbi animam è Purgatorio liberare licet, illam visitanti, & præscripta inibi oranti.

Pro Agonizantibus.

I. Qui de Fraternitate in agone versabuntur: iis plenariam indulgentiam concessit Innocentius VIII. Confirmarunt reliqui.

II. Adrianus VI. in Breui illius qui Dominicum Anno 1528. die 1. Aprilis dedit plenariam Indulgentiam, iis de Fraternitate qui in morte tenuerint Candelam benedictam modo in vita soliti sint orare. Rosarium.

III. Qui confessus communicarit ante mortem: habet plenariam Indulgentiam. Pius V. in Bulla Consueuerunt Anno 1569 17. Septembris.

IV. Qui Sanctissimum nomen IESVS, & MARIA. ore, aut corde, inuocarit. Gregorius XIII. impertit illi plenariam indulgentiam.

Pro

Pro Salue Regina & Lytania de Beata Virgine.

Quicunq; de Fraternitate interfuerit Salue Regina, dum in Capella SS Rosarij siue in templo vbi hæc Fraternitas est fundata, quolibet Sabbatho, & quolibet Festo, canitur post Completorium, is meretur XL. dies Indulgentiarum Alexander Legatus, Anno 1476.

At Paulus V. viuæ vocis oraculo addidit annos centum Anno 1608. ad petitionem R. Patrum Capituli Generalis eodem Anno Romæ congregati.

Qui item præsens adfuerit, dum decantatur Lytania de B. Virgine, ante altare SS. Rosarij, quolibet Sabbatho, & in Festis B. Virginis meretur C. dierum indulgentiam à Gregorio XIII. Die 15. Aprilis. Anno 1508 concessam.

Pro opere pio quocunq;.

Qui de Fraternitate Rosarij, fecerit quodcunq; opus pium, meretur C. dies indulgentiarum Gregorius per tria Breuia data Anno 1579. primum die 3. Ianuarij. Secundum 25 Marj. Tertium 1. Iunij. Pro Anniuersariis.

Sixtus IV. In literis suis concessit mille octingentos Annos. Indulgentiarum, omnibus qui Missis Fraternitatis decantandis, pro defunctis post quodlibet Festum Beatissimæ Virginis. Prima Feria 2. cum accensa candela si fieri poterit, orando pro animabus confratrum, & Sororum, eiusdem Fraternitatis.

Pro salutantibus B. Virginem, dum datur, pulsus Campanæ.

Quicunq; Christi fidelium dum datur pulsus Campanæ ad salutationem Angelicam genu flexus o-

rati-

rar it sequentem orationem.

Angelus Domini nunciauit Mariæ. & concepit de Spiritu Sancto. Aue Maria &c.

Ecce ancila Domini. Fiat mihi secundum verbum tuum. Aue Maria. &c.

Et verbum caro factum est. Et habitabit in nobis. Aue Maria. &c.

℣ Domine exaudi orationem meam.

℟ Et clamor meus ad te veniat.

Gratiam tuam, quæsumus Domine mentibus nostris infunde, vt qui Angelo nunciante Christi Filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius, & Crucem: ad Resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum Amen.

Hanc igitur Orationem recitando consequitur plenariam Indulgentiam à Paulo III. concessam.

Pro recitantibus deuotè salutationem Angelicam & nomen IESVS.

Vrbanus IV. dedit triginta dierum Indulgentiam, his qui cum his qui cum deuotione dicunt. Aue Maria. Item triginta dies his qui inuocant & dicunt sæpius. Nomen IESVS.

Ioannes XXII. duplo maiores concessit Indulgentias.

Innocentius VIII. his qui salutationi Angelicæ addunt nomen IESVS concessit V. Annos & todidem Quadragenas.

Alexander VI. Omnes indulgentias cõcessas, ab Antecessoribus suis confirmauit & duplo maiores concessit.

Pro festo SS. Rosarij.

Gregorius XIII. in Breui monet Apostolus &c. 1. Aprilis Anno 1573. Memor solennis victoriæ Orationibus SS. Rosarij vt piè creditur

ditur de Turcis. 1571 die 7. Octobris quæ in diem Dominicum primum eiusdem Mensis incide-rat perpetuis temporibus cum maximis Indulgentiis, ad maiorem Dei, & Beatæ virginis gloriam ac honorem eiusdemq; Fraternitatis Rosarij ad decorem & consolationem.

Festum B. Virginis Sub nomimine Rosarij instituit & summa cum deuotione Dominica 1 Octobris quotannis celebrari præcæpit.

Quod postea confirmauit Sixtus V. Et vt ait Cardinalis Barronius.

Festum hoc S. Mariæ de victoria à tam insigni victoria obtinuit.

Communicatio Indulgentiarum

Illud vltimo sciendum, quod Gregorius XIII In literis pastoris æterni. Item Sixtus V. In lite-

ris Dum in estabilia meritorum concessit cuilibet Fraternitati SS. Rosarij in specie, seorsim omnes has Indulgentias, quæ quibusdam aliis Fraternitatibus SS. Rosarij in quibusdam, certis locis, sunt à quibuscunq; concessæ.

Pius V. Anno Domini 1571. in Capitulo Generali Fratum Ordinis S. Dominici declarauit, viuæ vocis oraculo. Indulgentias datas iis qui presentes interfuerint Missis Processionibus, Infirmos, seruos, peregrinos, Mulieres prægnantes, & alios omnes qui ex iusta causa, interesse minimè possint, supra dictis Officiis, & deuotionibus, in Ecclesia vbi Fraternitas, hæc est, rectè obtinere & promereri posse.

Item declarauit Indulgentias concessas, ratione sumptionis Eucharistiæ: quod & Gregorius

XIII. in duabus literis suis confirmauit: non aliter obtineri posse: nisi sumatur Eucharistiæ Sacramentum, ad Altare SS. Rosarij: & non alibi. Exceptis infirmis & legittimè impeditis.

Postremò idem Pius V. In literis Iniunctum nobis, &c. Romæ die 14 Iunij Anno Domini 15566. declarauit Indulgentias SS. Rosarij esse perpetuas.

Hactenus de Indulgentiis.


IHS

LITANIÆ DE SANCTISSIMO NOMINE IESV.

Kyrie, Eleyson.
Christe, eleyson.
Kyrie, eleyson.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas vnus Deus,
Iesu Fili Dei viui,
Iesu potentissime,
Iesu fortissime,
Iesu perfectissime,
Iesu gloriosissime,
Iesu iucundissime,
Iesu charissime,
Iesu clarior Sole,
Iesu pulchrior Luna,
Iesu splendidior stellis.
Iesu admirabilis,

Miserere nobis.

Iesu delectabilis,
Iesu honorabilis,
Iesu humillime,
Iesu pauperrime,
Iesu mitissime,
Iesu patientissime,
Iesu obedientissime,
Iesu castissime,
Iesu amator castitatis,
Iesu amator pacis,
Iesu amor noster,
Iesu speculum vitæ,
Iesu exemplar virtutum,
Iesu decus morum,
Iesu zelator animarum,
Iesu refugium nostrum,
Iesu pater pauperum,
Iesu consolator afflictorum,
Iesu thesaurus fidelium,
Iesu gemma preciosa,
Iesu armarium perfectionis,
Iesu bone pastor ouium,
Iesu stella maris,
Iesu lux vera,
Iesu sapientia æterna,
Iesu bonitas infinita,
Iesu gaudium Angelorum,
Iesu Rex Patriarcharum,

} Miserere nobis.

Iesu

Iesu inspirator Prophetarum,
Iesu magister Apostolorum,
Iesu Doctor Euangelistarum,
Iesu fortitudo Martyrum,
Iesu lumen Confessorum,
Iesu sponse Virginum,
Iesu corona Sanctorum omnium, } Miser. nob.
Propitius esto, Parce nobis Iesu.
Propitius esto, Exaudi nos Iesu.
Ab omni malo, Libera nos Iesu.
Ab omni peccato,
Ab ira tua,
Ab execranda iusiurandi consuetudine,
Ab omni periurio, & blasphemia,
Ab insidiis diaboli,
A peste, fame, & bello,
A transgressione mandatorum tuorum,
Ab incursu omnium malorum,
Per Incarnationem tuam,
Per Circumcisionem tuam,
Per cælestem nominis IESV impositionem,
Per dolores tuos,
Per flagella tua,
Per mortem tuam,
Per Resurrectionem tuam, } Libera nos Iesu.

Per

Per Ascensionem tuam, Lib.
Per gaudia tua. Lib.
Per gloriam tuam, Lib.
Per dulcissimam Virginem matrem tuam, Lib.
Per intercessionem omnium Sanctorum tuorum, Lib.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt dulcem melliflui nominis IESV memoriam in tabulis cordis nostri digito tuo inscribere digneris. Te.
Vt nomen hoc sanctissimum, & viuentes in opere, & morientes in ore habere mereamur, Te rogamus.
Vt benignissime IESV, nobis sis IESVS, Te rogamus audi nos.
Agnus Dei, &c. Parce nobis IESV,
Agnus Dei, &c. Exaudi nos IESV.
Agnus Dei, &c, Miserere nobis IESV.
Iesu Christe, Audi nos.
Iesu Christe, Exaudi nos.
Kyrie, Eleyson. Christe, Eleyson. Kyrie, Eleyson.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sit nomen Domini benedictum,
℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

℣. Non

℣. Non nobis Domine non nobis.
℟. Sed nomini tuo da gloriam.
℣. Exurge Domine, adiuua nos,
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

DEVS, qui gloriosissimum nomen IESV Christi Filij tui, Domini nostri fecisti fidelibus tuis, summo suauitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendũ atque terribile: concede propitius, vt, omnes qui hoc nomen IESV deuotè venerantur in terris sanctæ cõsolationis dulcedinem in

præſenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis & interminabilis beatitudinis obtineant in cælis. Per eundem Dominum noſtrum IESVM Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat, in vnitate Spiritus ſancti DEVS, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

ORATIO AD IESVM.

O Bone IESV, ô piiſsime, IESV, ô dulciſsime IESV, ô IESV Fili Mariæ Virginis, plenè miſericordia

&pietate, ô dulcis IESV, ſecundum magnam miſericordiam tuam, miſerere mei.

O clementiſsime IESV, te deprecor, per illum ſanguinem precioſum, quem pro peccatoribus effundere voluiſti, vt abluas omnes iniquitates meas, & in me reſpicias miſerum & indignum humiliter veniam petentem, & hoc nomen ſanctum IESVS inuocantem. O nomen IESV, nomen dulce, nomen IESV, nomen delectabile, no-

men IESV, nomen confortans. Quid enim est IESVS, nisi Saluator? Ergo IESV, propter nomen sanctum tuum, esto mihi IESVS & salua me, nec permittas me damnari, quem de nihilo creasti.

O bone IESV, ne perdat me iniquitas mea, quem fecit omnipotens bonitas tua: ô dulcis IESV, recognosce quod tuum est in me, & absterge, quod alienum est: ô benignissime IESV, miserere mei dum tempus est mise-

rendi ne damnes me in tempore iudicandi: Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendero in æternam corruptionem? Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui deſcendunt in infernum.

O amantiſsime IESV, ô deſideratiſsime IESV, ô mitiſsime IESV, ô IESV, Ieſu, Ieſu, dimitte me intrare in numerum electorum tuorum, ô IESV ſalus in te credentium, ô Ieſu ſolatium ad te confugientium, ô Ieſu dulcis remiſ-

ſio omnium peccatorum. O Ieſu Fili Mariæ Virginis, infunde in me gratiam, ſapientiam, charitatem, caſtitatem & humilitatem, vt poſsim te perfectè diligere, te laudare, te perfrui, tibi ſeruire, & in te gloriari, & omnes qui inuocant nomen tuum quod eſt IESVS,

AMEN.

LITANIÆ DE VENERABILI SACRAMENTO.

KYrie, Eleyson.
Christe, eleyson.
Kyrie, eleyson.
Christe, audi nos.
Christe, exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus,
Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas vnus Deus,
Panis viuus, qui de cælo descendisti,
Deus absconditus & Saluator,
Frumentum electorum,
Vinum germinans Virgines,
Panis pinguis & deliciæ Regum,
Iuge sacrificium,
Oblatio munda,
Agnus absque macula,
Mensa purissima,
Angelorum esca,

(Miserere nobis.)

Manna absconditum,
Memoria mirabilium Dei,
Panis supersubstantialis,
Verbum caro factum,
Verbum habitans in nobis,
Hostia sancta
Calix benedictionis,
Mysterium fidei,
Præcelsum & venerabile Sacramentum,
Sacrificium omnium sanctissimum.
Verè propitiatorium pro viuis & defunctis,
Cæleste antidotum quo à peccatis præseruamur,
Stupendum supra omnia miraculum,
Sacratissima Dominicæ passionis commemoratio,
Donum transcendens omnem plenitudinem,
Memoriale præcipuum diuini amoris.
Diuinæ affluentia largitatis,
Sacrosanctum & augustissimum mysterium,
Pharmacum immortalitatis,
Tremendũ ac viuificũ Sacramẽtũ,

Miserere nobis.

Panis omnipotentiā Dei, caro factus,
Incruentum Sacrificium,
Cibus & conuiua,
Dulcissimum conuiuium, cui assistunt Angeli ministrantes,
Sacramentum pietatis,
Vinculum charitatis,
Offerens & oblatio,
Spiritualis dulcedo in proprio fonte degustata,
Refectio animarum Sanctarum,
Viaticum in Domino morientium,
Pignus futuræ gloriæ,

Miserere nobis.

Propitius esto, Exaudi nos Domine.

Ab indigna Corporis & Sanguinis tui susceptione,
A concupiscentia carnis,
A concupiscentia oculorum,
A superbia vitæ,
Ab omni peccandi occasione,
Per desiderium illud, quo hoc Pascha cum discipulis, manducare desiderasti,
Per summam humilitatem qua discipulorum pedes lauisti,
Per ardentissimam charitatem, qua hoc diuinum Sacramentum instituisti,

Libera nos Domine.

Per sanguinem tuum pretiosum, quem nobis in altari relinquisti, Lib.
Per quinque vulnera huius tui Corporis sacratissimi, quæ pro nobis suscepisti, Lib.
Peccatores, Te rogamus audi nos
Vt in nobis fidem, reuerentiam, & deuotionem huius admirabilis Sacramenti conseruare digneris,
Vt ad frequentem vsum Eucharistiæ per veram peccatorum confessionem nos perducere digneris.
Vt nos ab omni hæresi, perfidia, ac cordis cæcitate liberare digneris
Vt sanctissimi huius Sacramenti pretiosos, & cælestes fructus nobis impertiri digneris,
Vt in hora mortis nostræ hoc cælesti Viatico nos confortare & munire digneris, Te rogamus audi nos.
Fili Dei, Te rogamus.
Agnus Dei, &c. Parce nobis Domine
Agnns Dei, &c. Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, &c. Miserere nobis.
Kyrie, eleyson.
Christe, eleyson.
Kyrie, eleyson.

Pate

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem,
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Panem de cælo præstitisti eis Domine,
℟. Omne delectamentum in se habentem

ORATIO.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis, & regnas in vnitate Spiritus sancti Deus, per

omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

O Quàm ſuauis eſt, Domine Spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam in filios demonſtrares, pane ſuauiſsimo de cælo præſtito, eſurientes reples bonis, faſtidioſos diuites dimittis inanes: tua nos, quæſumus, gratia ſemper præueniat, & ſequatur, ac ſtudiis noſtris boniſq; operibus iugiter præſtet eſſe intentos. Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

LITANIÆ DE B. VIRGINE MARIA IN ÆDE Loretana dici solitæ.

Kyrie, Eleyson.
Christe, Eleyson.
Kyrie, Eleyson.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miserere
Spiritus sancte Deus, Miserere.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Mater Christi,
Mater diuinæ gratiæ,
Mater purissima,
Mater castissima,
Mater inuiolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,

(Ora pro nobis)

Mater creatoris,
Mater Saluatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum iustitiæ,
Sedes sapientiæ,
Causa nostræ lætitiæ,
Vas spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne deuotionis,
Rosa mystica,
Turris Dauidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Ianua cæli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,

} Ora pro nobis

Regina Apostolorum. Ora.
Regina Martyrum, Ora.
Regina Confessorum, Ora
Regina Virginum, Ora.
Regina Sanctorum omnium. Ora.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Parce nobis Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Exaudi nos Domine
Agnus Dei qui tollis peccata mundi,
Miserere nobis.
Kyrie, eleyson. Christe, eleyson,
Kyrie, eleyson

Pater noster. &c.

℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix,
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meam,
℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

GRatiam tuam, quæsumus Domine, mẽtibus nostris infunde: vt qui Angelo nunciante Christi Filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius, & Cru

cem ad resurrectionis gloriam conducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

COMMENDATIO AD VIRGINEM MARIAM.

O Domina mea sancta MARIA, me in tuam benedictam fidem, ac singularem custodiam, & in sinum misericordiæ tuæ, hodie & quotidie, & in hora exitus mei, & animam meam, & corpus meum tibi commendo, omnem spem meam, & consolationem meam, omnes an-

gustias, & miserias meas, vitam, & finem vitæ meæ, tibi committo vt per tuam sanctissimam intercessionem, & per tua merita, omnia mea dirigantur, & disponantur opera secundùm tuam, tuiq; Filij voluntatem, Amen.

ALIA ORATIO ad B. VIRGINEM.

O Maria Dei genitrix, & Virgo gloriosa: omnium desolatorum ad te clamantium consolatrix vera, per illud magnum gaudium, quo consolata

es quando cognouisti Dominum Iesum die tertia à mortuis impassibilem resurrexisse, sis consolatrix animæ meæ, & apud eundem tuum, & Dei natum vnigenitum in die nouissimo quando cum anima & corpore ero resurrecturus, & de singulis meis factis, rationem redditurus, me digneris iuuare, quò perpetuæ damnationis sententiam per te pia, & Virgo valeam euadere, & cum electis Dei omnibus ad æterna gaudia fæli-

citer peruenire, Amen.

ALIA ORATIO ad B. V. MARIAM.

OBſecro te Domina ſancta Maria, mater Dei, pietate pleniſsima, ſummi regis filia, Mater glorioſiſsima: Mater Orphanorum, Conſolatio deſolatorum, via errantium, ſalus omnium in te ſperantium, Virgo ante partum, Virgo in partu, & Virgo poſt partum. Fons miſericordiæ, fons ſalutis, & gratiæ, fons conſolationis & indulgentiæ, fons pietatis

& lætitiæ, fons vitæ & veniæ: Per illam sanctam ineffabilem lætitiam, qua exultauit Spiritus tuus in illa hora in qua tibi per Gabrielem Archangelum annunciatus, & conceptus filius Dei fuit: Et per illam sanctam, & ineffabilem humilitatem, in qua respondisti Archangelo Gabrieli. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum: Et per illud diuinum mysterium, quod tunc operatus est in te Spiritus sanctus: Et per

ineffabilem gratiam, pietatem, misericordiam, amorem, & humilitatem, per quas filius tuus Dominus noster IESVS Christus descendit accipere humanam carnem in venerabilissimo vtero tuo. Et per gloriosissima quindecim gaudia, quæ habuisti de filio tuo Domino nostro IESV Christo. Et per illā sanctam & maximam compassionem, & acerbissimum cordis dolorem, quem habuisti quando filium tuum Dominum no-

ſtrum IESVM Chriſtum ante crucem nudatum, & in ipſa leuatum, pendentem, crucifixum, vulneratum, ſitientem, amariſsimum potum fel, & acetum ori eius apponi vidiſti. Eli, clamantem audiſti, & morientem vidiſti: Et per quinque vulnera eiuſdem filij tui, & per contractionem viſcerum tuorum, præ nimio dolore vulnerum ſuorum, & per dolorem quem habuiſti quando vidiſti eum vulnerari: Et per fontes ſan-

guinis, & per omnem passionem eius, & dolorem cordis tui, & per fontes lachrymarum tuarum, vt cum omnibus sanctis, & electis Dei venias, & festines in auxilium, & consilium meum in omnibus orationibus, & petitionibus meis, & in omnibus angustiis, & necessitatibus meis, & in omnibus illis rebus, in quibus ego sum aliquid facturus: & locuturus: aut cogitaturus omnibus diebus, ac noctibus, horis, atque momentis vi-

tæ meæ. Et mihi famulo tuo N. impetres à dilecto filio tuo Domino nostro IESV Christo virtutum omnium complementum, cum omni misericordia, & consolatione, & omni consilio, & adiutorio, omni baiulatione, & sanctificatione, omni saluatione, & pace & prosperitate, omni gaudio, & alacritate: etiam abundantiam omnium bonorum, spiritualium & corporalium, & gratiam sancti Spiritus qui me bene per omnia

disponat, animam meam custodiat, corpus meum regat, & protegat, mentem erigat, mores componat, actus probet, cogitationes sanctas instituat, præterita mala indulgeat, præsentia emendet, & futura moderetur, vitam honestam & castam mihi tribuat, fidem, spem, & charitatem mihi præstet, articulos fidei firmiter credere, & pręcepta legis obseruare me faciat: sensus corporis mei regat, & protegat, & à peccatis mor-

talibus me ſemper liberet, & defendat vſque in finem; meam hanc orationem ſuppliciter exaudiat & ſuſcipiat, & vitam æternam mihi tribuat. Audi & intercede pro me dulciſſima Virgo MARIA Mater Dei & miſericordiæ, Amen.

ORATIO PRO perſeuerantia in cultu Dei, & B. Virginis impetranda.

DEvs qui nos ſub alis ſanctiſsimæ Matris fi-

lij tui constitutos, ad bra-
uium supernæ vocationis
accendis, pectoribus no-
stris purificandis illabere,
& gratiam nobis qua in te
& seruitio eiusdem sacra-
tissimæ Virginis Mariæ
perseueremus, infunde:
vt protectionis eiusdem
B. Virginis Matris & Pa-
tronæ muniti præsidiis,
quod te Domine donante
promisimus, impleamus;
& nostri propositi execu-
tores effecti, præmia per-
seuerantibus in bonis o-
peribus à te repromissa

consequi mereamur. Per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

ORATIO.

BEatæ & gloriosæ, semperq́; Virginis Mariæ, quæsumus Domine, intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam perducat æternam. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

FINIS.

Christianus Casimirus
Risius. Varm. ao 1698.
d. 31. Octobris Cracoviae.



Chore seu Rosarium

RBV



